




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Polyonyma Ciceroniana

Vladeraccus, Christophorus

Antverpiae, 1616

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71272)




S. III

17.

Th. 6102.

f

S III
17



P O L Y O N Y M A C I C E R O N I A N A ,

Vario indice, vt diuersarum nationum lin-
guis seruire possint, accommodatissimè
conscripta, per C H R I S T O P H O R V M
V L A D E R A C C V M Ducisfilium.

Scorsim accedunt selectissimæ Latini sermonis Phrases,
ex vno soloque C I C E R O N E ab eodem V L A D E -
R A C C O collectæ.



A N T V E R P I Æ,
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,
Apud Balthasarem & Ioannem Moretos.
c l o . l o c . x v i .

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ Archiducum Austriae, Ducum Burgundiæ, Brabantia, &c. Serenissimorum Belgicæ Principum, Privilegio cautum est, nequis *Polyonyma Ciceroniana*, vario indice, *ut diuersarum nationum linguis seruire possint*, accommodatissimè conscripta per Christophorum Vladeraccum Ducis filium, præter Balchazaris & Ioannis Moretorum fratrum voluntatem vlllo modo imprimat, aut alibi impressa in inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliâve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & graui pœna mulctabitur: vti patet in litteris datis Bruxellæ, xvii. Ianuarij, M. DC. XI.

Signat. *S. De Grimaldi.*

Et in Concilio Brabantia, *I. De Buschere.*

3

S. P. Q. A M O R S F O R D I A N O
CHRISTOPHORVS VLADERACCVS
Ducis filius optat cum Catholico
Rege reconciliatam gratiam &
felicitem perpetuam.



DOLEO (ita me honesta Musa benè amèt) gra-
nissimum vestrum casum, viri summa prudē-
tia & virtute prestantes, quòd post tantam,
tamque accuratam in omni vita, qua Regem
nostrum & Catholicam religionem coluistis &
reueriti estis, obseruantia, in miserrimū istud
calamitatis genus unā cum pluribus ciuitatibus aliis, tandem
quoque inuoluti estis, atque illaqueati. Præsertim cū vestra non
solū ciuitas, sed & domus, lares familiares, abditi & penetra-
les foci, conclauia, triclinia vestra fuerint hæcenus perfugia,
portus & præsidia omnium vtriusque; sexus religiosorum, sacerdotum
Catholicorum, sanctorum summaque religione præditorum hominum,
qui ex tota Hollandia, Zelandia, Phrysia, Transisulania, Vl-
traiecto eiusque agro & municipijs eiekti, & undique exclusi, ex-
torres, à vobis summa cū humanitate accepti, & (quādiu ve-
strarum virium fuit) defensi fuerunt. Sed quid agas? fuit hoc ve-
stræ Reipub. fatum, fuit hæc vestra, quā insana, cacam & bru-
tā perhibent Philosophi, fortuna: quam saxo instare globoso &
volubili, prædicant sapientes. Et quāuis anile sanè & plenum
superstitionis (si Ciceroni non temerè credatur) sit ipsum no-
men fati; Princeps tamē ille Deus, qui omnem hunc mundum
regit admiranda suspiciendaque ratione, suos etiam quos caros
habet, quos diligit, quos complectitur, quos in oculis fert, com-
munibus malis & calamitatibus sæpenuerò implicat. Inter-
dum etiam grauius quàm eos, quos non æquè atque illos, stu-
dio

4
 dio profequitur. τίς γάρ ἐγὼ νεὺν Κυρίῳ, ἢ τίς σὺμβυλος αὐτῷ ἐγένετο;
 תִּיבְּרַחֲמֵיךָ יְיָ אֱלֹהֵינוּ. Facere autem Deum quò suos exploret,
 & coronet gloriosius, probabile est. Non dubito quin maior
 cinium pars veteri & auita Religioni ad hunc vsque diem ad-
 harescat, eamq; unicā unice amplectatur. Argumento est mi-
 nime obscuro, (quòd ut accepi) in celeberrimo vestro gymna-
 sio, in tantis furijs, secessionibus & tumultibus nihil liceat pra-
 legere aut studiosa iuuentuti proponere, quòd ab auitis & pri-
 scis moribus alienū sit. cauetis ne in tātis tenebris, liberi vestri
 impingant. Manè antequā Professores lectiones ingrediantur,
 vno simul ore pueri, cū Gymnasiarcha & Professoribus sancti
 Spiritus gratiā, vsitatū de sancto Spiritu hymnum canentes
 innocant. Meridie, quòd media etiam vita in morte versemur,
 cantu totius schola in memoriam reducunt. Vesperis, Deipara
 matri, simili ratione paana concinunt. Diebus Veneris, ex Se-
 natu edicto & decreto tota schola, & omnium classium disci-
 puli, cum Gymnasiarcha, archigrammatico, reliquisque pra-
 ceptoribus, doctoribus & magistris, in medio templo, summa
 religione, cultu carimoniaque laudes in honorem S. Crucis de-
 cantare solent. An non hac eximia sunt erga Catholicam Re-
 ligionem argumenta: an non excellentis virtutis, antiquitatis,
 prudentia documenta? Si Doctorum aliquis & Professorum
 vel minimum, quòd vllam hareseos partem saperet, dixisset,
 docuisset, fecisset; dictum ac factum, ante solis occasum (quae
 vestra consuetudo fuit) ciuitate exire iubebatur, ne latius pa-
 teret illius mali contagio. Vnde nusquam gentium maiori cura
 est aduigilatum, ut tenera adhuc iuuentus, & in fide, & in
 pietate, & morum honestate conseruaretur, quā apud vos;
 & tamen, fatis vestris ita postulantibus, in hanc communem
 calamitatē, quae tamquā epidemicum quoddam malū perua-
 dit, imò peredit omnes passim Belgij totius prouincias, & vos
 quoque tandem post tot cautiones miserrimè incidistis. Quòd
 eò fuit procliuus, quòd vestra ciuitas nec natura loci, nec ho-
 minum

DEDICATORIA.

S
 minum operis munita, septa ac vallata, contra magni hostis
 impetum fuerit: quamuis etiam (ut inquit ille) nihil tam mu-
 nitum quod non expugnari possit. Quod vicini Ultraiectini &
 Amstelrodamenses nō ignorantes, coniunctis viribus, vos exer-
 citu & castris quā tumultuosissimè adorti sunt, & tandem vi
 expugnarūt. Rectè igitur poëta Græcus: τῆμα καὶ οὐκ ἔστιν ὄσον
 τ' ἀπαθὲς ἡμῶν ὄνειρα. Quæ res dolenda profectò mirandā rerum
 faciem, & metamorphosin longè miserrimā, magno cum bono-
 rum ciuium, peregrinorum, exterorum, hospitū ac aduenarum
 dolore, luctu, mœrore, apud vos introduxit. Sed quæ Regis Ca-
 tholici est clementia, omnium superiorum memor, facillimè &
 libentissimè vos in gratiā recepturus est: ut aliquando antiquo
 more & veteri consuetudine, solito questu vitā tranquillè &
 securè degatis. Sape ego & multūm vestra ciuitatis magistra-
 tus, atq; ad eō omnium ciuium prudentiam ac industriam soleo
 predicare, & etiam nū, cū grata memoria, vel mecū, vel apud
 alios, cum animi mei voluptate non mediocri repetere. Quanta
 cura sit generatim omnibus, ut omnes cuiusque ordinis & loci
 pueri ab ipsis statim incunabulis litteras & bonos mores ad-
 discant, dictū aliis videretur incredibile. Gymnasiarchas &
 Professores vestra iuuentuti honestissimis sanè stipendiis con-
 ducentes, vultis nullum esse, qui in vestra optimè cōstituta Re-
 pub. Latini sermonis rudis videatur. Ex quo fit, ut & opifices,
 opificumque quastibus destinandi, multo antè Latine sonare
 discant, quā manibus tractare artificium assuescant. Merca-
 tores futuri, priusquā istius questus tirocinium incipiant, ple-
 riq; omnes Latinis & Græcis litteris probè sunt edocti. Hinc
 est, quòd in tota ciuitate Amorsfordiana paucissimos esse putem
 qui non Latine intelligant; & quod proposuerunt expedire, ex-
 ploratè & Latine possint explicare. Istud eò à vobis factū est,
 præstātissimi viri, ut ex tali seminario & urbis principio, sem-
 per bonos, & benè de Repub. sentientes ciues habere possitis.
 Plato dicere solebat, tales plerumque esse Respub. quales essent

cantilena quas populus passim cantillaret: & negabat mutari posse Musicas leges, sine mutatione legum publicarum. Ego (Platonis pace dixerim) tales puto esse ciues, quales sunt, qui ciuium infantiam fingunt & informant doctores & magistri. Nihilominus minus Gymnasiarcha vester more institutoque; maiorum certo anni die pro sui gymnasij auditoribus, Latinum scribit carmen; quo vel virtutes laudantur, vel vitia vituperantur, labor & industria extolluntur, otium & ignavia contemnuntur: vndiqueque; videlicet virtutis culturam aucupando. Hoc autem carmen (quod Cantilenam vocant) pueri vestri brumalibus tenebris, ad scholam mane commeantes, & vesperi remeantes, per plateas, vicos, angiportus, certatim & sublatiis vocibus canunt: nec pueri tantum publicae scholae discipuli, hieme, toto oppido cantillare Latine audiuntur; verum etiam puella, famula multorum etiam annorum cantilenas memoriter tenent, & vel ad colu, vel ad focum, vel in conuiujs & hemicyclis decantant, magna sane admiratione eorum qui in sua Republica tale lingua Latinae studium nunquam viderunt. Non igitur est mirandum, quod tantopere apud vos caueatur vel vnius tantummodo lectionis iactura. Olim cum mihi conuinerent tres germani fratres Scaikij, & maris vicini aestus & eluiones, boues (qui istuc maxima copia pascuntur) aut submergerent, aut repente e pascuis abigendos admonerent, maluerunt cordati parietes, pro vnius ad summum duarum horarum opera, qua ad seruandos multorum milium boues opus esset, alteri alicui numerare aureos aliquot, quam abutendo filiorum in educendis armentis, opera, vel vnius lectionis iacturam pati fieri. Quid dicam de rara, inusitata, & singulari beneuolentia qua vos vestri ludi Scholarum & professores complectimini? de praecipuo quo illos afficitis honore? de amore quo ipsos non solum diligitis, verum etiam amatis: incredibili sane, alijs barbaris, arrogantibus, & diuitiarum stulta opinione inflatis magistratibus. Sapius ad stuporem usque; admiratus sum hominum tam opulentorum (ut in vestro Senatu videre licuit) tantam

tam

tam humanitatem, comitatem, modestiam, in quibus quamuis erant opes, copia, eloquentia, multaeque & Dei Opr. Max. & naturae dotēs: nihil tamen aderat supercilij, nihil fastus, nihil philantia, nihil arrogantia, nihil superbia. Nam pueritiae vestrae formatores, non ut grammaticos, sed tamquam fratres, imò parentes colitis, amatis, veneramini. Vos ipsos corporum, illos mentium parentes esse, recte & cum Fabio arbitramini. Omnes Professores, maximos, minimos (sunt autem sex numero) ab omnibus oneribus publicis quae unquam in reliquos ciues cadere possunt, liberos esse vultis, non vigiliis, non excubiis, non fossionibus, non munitioibus, aliisque communibus laboribus & operis, eos eisque commendatam iuuentutem fatigantes. Nulli magistri vobis vectigales aut tributarij sunt: omnes ab omnibus id genus incommodis & molestis immunes & liberos minimeque subiectos esse vultis. Si quid Professori cum aliquo offensa aut privati negotij existat, ultro ad controuersiam etiam non vocati, postpositis omnibus aduolatis, negotium transigitis, contentionem componitis: putatis nimirum indignum esse, eos qui vestram iuuentutem erudiunt, instituunt, imbuunt, praeter scholae & pistrini arumnas, quidquam sentire praeterea oneris aut incommodi. Memini cum anno primo & quinquagesimo supra sesquimillesimum, dux Mauritius cum Brandenburgico, magnaque nobilium Germanorum manu (quae in Lunenburgensi agro mutuis vulneribus ferè tota fataliter concidit) vestris finibus imminere videretur: & eam ob causam Praetor cum Coss. domatim arma ciuium lustrarent, & ad meas quoque aedes ventum esset; me virgam cum ferula, tamquam mea arma Praetori & Coss. obtulisse, nec à me, nec à Professorum quoquam amplius aliquid postularum esse. O humanitatem! O prudentiam cordato & spectato magistratu dignam! Vidi cum Iohannes Nonesius Scholarcha vester, ingravescente, imò confecta iam propè etate, docendi & gubernandi moderandique munus diutius obire & sustinere per etatem non

posse: (quamuis non ultra annos octo prouinciam scholasticam administrasset) quod illi rure iam donato, honestissimo loco pulcerrimo & amœnissimo totius oppidi domicilio mensam quasi Siculam, & omnia quæ ad ornatam & corporis cultum necessaria forent, redemeritis. Cumque post aliquot annorum periodos, securam tranquillamque in extrema decursaque senecta vitam produxisset, & tandem (ut fit) vniuersa carnis viam ingressus esset: nec cognati aut propinqui, quod Noncio esset oriundus, ulli adessent: Prætor & Coss. totusque Ordo senatorius, ad honestas exequias, primo loco tamquam proximi Rectorum & præceptorum propinqui, in funus prodierunt: honestis exequiis, iustisque funebribus mortuum, vitæque molestiis defunctum inuentutis quondam moderatorem prosequentes. Non dubito quin indocti, & propterea ingrati, aliorum locorum magistratus, dum hac legent vel audient, non vulgari tenebuntur admiratione: sed nemo qui apud vos aliquando vixerit, hac ignorare potest. Harum igitur rerum fructus longè maximi cernuntur in quàm plurimis vestri gymnasij alumnis, quorum plurimi sunt, & mea memoria fuerunt, Regum & Imperatorum Legati, Consiliarij, Medici: Sapidus dico, Laureos, Drosferos: quorum Stephanus Laureus Imperatoris Ferdinandi, nostri Regis Philippi Austriaci patrui, & proximos fuit; reliqui Consiliarij. Nouit, nouit optimè Casarea Maiestatis Aula, quàm prudens, quàm diligens apud Amorsfordianos semper viguerit magistratus: quæ tamquàm in coloniam quamdam, quotannis, imò quotidie, quàm plurimos Amorsfordianos in suum excelssimum palatium solet cooptare. Agebam adhuc apud vos scholæ Conrectorem (ut vocatis) cùm Albertus Sapidus post viginti annorum peregrinationem, tandem quasi postliminio in patriam terram & domum, principis viri instar ornatus & comitatus, reuerteretur: qui statim à reditu, magistratui, tamquam tutori suo optimè de se merito, necessariis & propinquis, splendide instructum & Regale epulæ dedit:

dit:

DEDICATORIA.

9

dit: deinde patrimonium omne, quod amplum ei fuit, (est enim
 istic Sapidorum gens & familia patricia & opulenta) prædiis
 & villis sorori cōdonauit. Rursusque ad Imperatorem (ubi ad
 Turcam legationes obierat) reuertit. Similia de Droesteris
 aliisque vestris ciuibus liceret cōmemorare, qui omnes apud vos
 vestra in diatriba scholastica, tamquam in gremio parentum,
 tanta cura & solitudine educati & instituti tam fuerunt
 liberaliter, ut istinc & à focis patriis veluti Biantes quidam
 securi, qui omnia sua secū portarēt, quiq̃ue verissima præsidia
 in seipsis haberēt, tamquā πάλυ γροπτι quidā Vlysses, ad diuer-
 sissima mundi climata, Academias, Lycea, Regū, Imperatorū
 & Monarcharum aulas, sine ullo vel terenciū vnius parētum
 dispendio apud exteros viuentes, se receperāt. Hi sunt talium
 magistratum, & proinde talium exercitiorum effectus &
 consequētia; ut liberi vestri, vestriq̃; gymnasij auditores, Im-
 peratorum & Monarcharum corpora gubernent, consilia mo-
 derentur; regna, nationes, prouincias (qua omnia in ciuibus
 vestris clarissimè vidistis, & etiamnum videtis) administrēt.
 Merito igitur & optimo iure, tanto studio curatis ut tertio
 quoq̃; mense ex arario publico, per Quæstorē Urbanum (quem
 Camerarium de more vocatis) Scholarchæ & Professoribus li-
 beraliter, libenter, & honestè fiat satis & persoluantur. Politi-
 cam disciplinam, quòd diuersa nonnihil à scholastica sit, nec
 huius instituti, volens pratereo. Ne tamen de tam præclare
 ordinata Repub. (quòd me longiùs rapiat & studium & pro-
 uehat memoria vestri) dicam nihil: ex infinitis memorabilibus
 vnum dumtaxat aut alterum Laconicè perstringam. Princi-
 piò, quòd in ciues singulare est beneuolentia argumentum, om-
 nia vestra plebiscita nō à quibusdam, qui vnà cum rabulis de
 foro quæstum ex ea re facerent, asseruari voluistis, sed publico
 sumtu & impendiis ciuitatis, typis imprimenda curastis; ut
 quilibet ciuis in suis laribus, quid fugiendum, quid faciendum,
 qua multa, qua pœna peccaretur, posset legere, & ad eam for-
 mulam

A 5

mulam

mulam honestè, prudenter, & sine laqueis eorum qui imperi-
 ta multitudinis erratis inbiant, vita cursum instituere. Quem
 in usum instructissimã habetis pro ciuibus templo adharètem
 bibliothecam, omni genere optimorum librorum refertã, sumtus
 & magnificentia incredibili. Meretur & hoc nõ paruam lau-
 dem, quòd summa industria & prudentia efficitis, ut toto op-
 pido, in maximis etiam temporum angustiis, mendicet nemo:
 quòd pauperes omnes, quorum valida vires, in labore & officio
 diligentissimè contineantur. Intelligitis scilicet prudentes &
 maximi consilij viri, quidnam sit in Repub. habere multorum
 mendicorum & propter sportulas magnam ignauorum homi-
 num turbam, fecem & colluuiem; qui quando fatali aliquo
 malo res ad novos motus spectat, primi sunt qui sana prophā-
 nant; qui turbas & secessiones faciant; qui Ecclesiasticis, piis
 & religiosis utriusque sexus hominibus, nobilitati, item magi-
 stratui insidiantur: qui in locupletum ciuium arcas inbiant.
 In promptu fortasse hìc erit, parũ Christianum videri tenuio-
 res in Repub. locum habere non posse, cum humani generis vin-
 dex & assertor Christus pauperes semper nos habituros nobis-
 cum (quibus benignè facere liceret) liquido affirmet. Sed pro-
 pugnatore ista & antagonista nihil agunt. Nam non desunt
 & vobis (in quos sitis liberales & beneuoli) pauperes: sed sanè
 prudentius & Reipub. utiliùs quàm alibi. Nam omnes vale-
 tudine firma & atate corroborata ad laborem constringitis, &
 quod labore ab iis comparari non potest ad vitam tuendam,
 & sumtum exercendũ, hoc vos ex publico, aut honorum erogā-
 tionibus, liberaliter, largè & perbenignè suppletis. Sic in lau-
 datissima vestra Repub. nemo otiosus, nemo ignauus, nemo alie-
 ni appetens, qui sui aliquando fuit profusus. Hoc Draco an-
 tiquissimus apud Athenienses legislator voluisse visus est, cum
 in sua Repub. legem ferret, capitale esse otium; & quicumque
 sumtus & vite rationem reddere non posset, grauissimas pœ-
 nas lueret. Nouerat ille, non istis & vos, quanta pestis, per-
 nitias,

nitias, fundi calamitas patriae communis Erinnyes sit otium,
 tenuioram praecipue, qui beatioribus fortunas inuident. Plato
 è politia sua mendicos expellendos censuit. Athenienses, & post
 hos Romani & Massilienses, ne quis medicaret, olim diligen-
 tissimè cauerunt. Mosaica sanctione cogebantur & Iudaei suo-
 rum pauperum ducere rationem, unde illud Deuteronomij
 וְיָדַעְתָּ כִּי יִהְיֶה לְךָ אֶתְּמֹלֶגֶת׃ . In Apostolorum historia scriptum
 legimus, quod nemo eorum qui iam recens Christiani facti erant,
 alicuius rei necessaria esset indigus. Ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ
 οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλῶντες ἕφερον τὰς τιμὰς τῶν πτεροσκομμένων, καὶ
 ἐτίθουσαν τὰς πόδας τῶν Ἀποστόλων. Δεδίδωτο δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν
 τις χρείαν εἶχεν. Nemo ad haec nescit execrandas illas mendi-
 cabulorum istorum artes, (ut Plautina voce utar) qui visco,
 farina, cruore, pure, tabo, superincrustedis vulneribus, punctis
 Threiciis, stigmatibusque superinductis, sese totos ulcerosos,
 leprosos, cancerososque depingunt: alijs alijsque excitatis natura
 monstris & vitis, se à vertice ad calcè, vel hostibus miseran-
 dos mentiuntur: qui ne suam vitam cum Satrapis commutare
 (si quis expetat) omnino velint. Nota etiã satis sunt exem-
 pla eorum qui nostratibus hominibus apud exterarum nationes
 peregrinantibus, ingentem auri & argenti numerum, donec
 periodico errore vagabundi reuenterentur, mutuam dederunt:
 cumque rursus, oblata syngrapha fide bona, tam incertum mu-
 tuum redderetur, & quoad viuerent ob praestitum beneficium,
 vitus & corporis cultus offerretur, valdè recusasse dicuntur.
 Quia mendici artem quamdam ipsis, solisque otiosis & iner-
 tibus cognitam, profitentur: ab ignavis maioribus posteris per
 manus traditam, ut sint inter ipsos nobiles quadam mendico-
 rum familia, quorum posteri à maiorum turpitudine nullo mo-
 do cupiunt recedere, ut etiam omnium rerum affluentibus copiis
 citra mendicitatis torporem affluere possint. Ad eò tenet in-
 sanabile multos mendicitatis illud cacochthes. Sentiant Cynici
 isti, ne dicam Epicuræi, quanta felicitatis sit, nihil omnino cu-
 rare,

vare, nulla solitudine premi, nihil laborare, nulla re egere, quò lubet & velint vagari, ab exactiõibus tutos esse, cum tamen nonnumquam ab hoc hominum genere vrbes vel copiosissima frequentissimaque incendiis deflagrarint; aqua corrupta & infecta fuerint. Gloriantur se Euclionibus esse timori; ita ad infamem hunc questum vitam instituentes, vt eleemosynam aut stipem, non quidem tamquam gratuitum beneficium; sed veluti tributum iure sibi debitum, tyrannicè sanè postulare audeant. Intelligitis inquam, præstantissimi Viri, omnes eos qui corporis aut ingenij aliquo labore sumtum suum exercere possunt, & nihilo secius mendicando vitã traducunt, fures esse, fucos esse, harpyias esse, verecundis in sua inopia hominibus, inualidis, cecis, pueris, decrepitis, claudis, mutilis bolum è faucibus eripientes: araneorum instar, quidquid vspiam vitiorum, quidquid veneni haurientes, fraudulentam inde telam, qua imbecilles irretiant, & Rebus pub. malorũ agmen adferat, contextentes. Non temerè, nec de nihilo etiam, quod in vestris phanis nolitis videri homines truncos manibus, pedibus, cruribus & naribus mutilos, luxatos, monstrosos, Chimeris & Hippocentauris similes, impudenter stipem poscentes; qui frequenter subito intuitu monstroforum foetum causse extiterunt, & qui attentum precibus animum hisce odiosis interpellationibus sæpenumerò piis excutiunt hominibus. Egere tamen illos non finitis, sed quantum vel manuum labore, vel ingenij industria consequi possunt, excludendi otij, turpissima nempe pestis, gratia, ipsos tennes lucrifacere cogitis: quod deest necessitati, largè & cumulatè adycitis. Comparatis iccirco adibus binis, laxis, & recipiendis quàm plurimis accommodatis; in quibus Dominicis & festiuis diebus, pauperũ liberi vtriusque sexus in pietate exercerentur, discerent legere, discerent scribere, & discerent hominis Christiani officium intelligere: exemplarium integris prelis ad hoc magno are comparatis: quibus præest Dominus Iacobus Hezius, trium linguarum & libera-

lium Artium vir doctissimus, & inter Comicos poetas non infimus. Ut quando aliis est ciuitatibus, feriatis istis diebus, pauperum precipue pueri, nullis auditis sacris, nullis concionibus, cessatim se ciuitatum portis effundunt; alij ad piscandum, alij ad auiculis insidiandum; alij ad furandum agricolarum poma, pyra, cerasa, rapas; alij si masculi sunt, ad potandum; habet enim & sua rudimenta ebrietas: tum vestra Reipub. inuentus sub praeceptoribus toto die in officio contineretur. Et quemadmodum apud Persas pueri in parentum molli & indulgenti disciplina non erant; sed sub pedagogorum imperio cibum capiebant, dormiebant, educabantur ad durissimos corporum labores: ita diuites, pauperes, apud vos publicis subsunt formatoribus, qui rudem veri hominis futuri massam ad humanae figurae imaginem informant, & ad virtutem ferros animos, tamquam docti quidam domitores, condocerant & mansuefaciant. Et recte sane: si enim puero ingenuo, & honesto loco nato, datur pedagogus, à cuius latere numquam discedat; si bestiis custodes, ouibus opiliones, tauris armentarij, asinis & equis agasones; an non multo rectius pauperibus dantur magistri? qui alijs in locis, sine custodibus & curatoribus, vltro citroque, sursum vorsum, quoad eius facere lubet, sine pudore, sine lege, nihil pensi, nihil sacri habentes, passim discurrere videntur. Videbor ego fortassis aliarum ciuitatum magistratibus Vtopiam hinc aliquam fingere; quemadmodum Cicero & Quintilianus Oratorem, Achillem Homerus, Aeneam Virgilius, Cyrum Persarum Regem Xenophon, & alios alij: sed rem ita se habere, nec vestris me ista dare auribus, nouerunt omnes qui vel biduo tantum istuc peregrinando substiterunt. Memini cum vos ad alias ciuitates viros bonos mitteretis, ut quod in quaque praestantissimum esset, vestris ciuibus, eorumque liberis prudenter & utiliter proponeretis; Romanorum exemplo, qui ad melius suam constituendam ordinandamque Reipub. de communi sententia viros disertos Athenas miserunt, Sp. Posthu-

mium Album, Aulum Manlium, P. Sulpitium Camerinum, qui Græciæ mores, instituta, iura cognoscerent & referrent. Venerat & paullo post Ducissilvam (in qua ciuitate præter ceteras quàm plurima sunt ad succurrendum tenuibus & egenis subsidia & adiumenta) summæ virtutis, prudentiæ & pietatis virgo Helmecha Walia, ex Botiorum nobili familia nata, cuius quoniam totum studium, cura, & cogitatio in tuendis erat pauperibus, diligentissimè in hoc nostro nosocomio & orphanotrophio, (insignibus videlicet benignitatis nostrorum ciuium monumentis) omnia perscrutata est; nec solum ea quæ maioris essent ponderis aut momenti; verum etiam de tota ratione curandorum agrorum, sauciorum, imò scabrosorum, scabiosorum, pediculosorum, inter quos auxilij causa nobilis & tenella virgūcula versari, unguentorum, coronarum, odorum, & quarumlibet huius vitæ deliciarum & voluptatum loco aestimabat; litteris sua manu mandans, quidquid hic eximij & præcipui audisset aut vidisset, ut domum reuersa, ad suorum pauperum usum posset istic accommodare. Prudentius profecto quàm ubi praua à natura seminibus inuentus sibi permittitur, ubi quod lubet, licet: & ubi totius anni vertentis curriculo non audiunt verbum unum, homine, nedum Christiano homine dignum: ubi herus, hera, famuli, famule, indocti pariter & barbari sunt ad unum omnes. Quid enim potest ingenui habere officina? rerum præcipuè omnium ignara, rudis & expertus humanitatis, modestiæ, pietatis: cum doctorum testimonio malorum causa semper exstiterit ignorantia; & Comici iudicio, homine indocto nihil sit iniustius. Quid ergo ex his initiis & talibus rudimentis aliud est expectandum, quàm quod ex huius pueritiæ deprauatione vigesimus quisque non sit futurus vir bonus: sed aut fur, aut grassator, aut pirata, aut prado, aut homicida, aut latro, aut potius omnia simul. Procul enim abest diuini Numinis fauor ab istiusmodi hominibus. Mandat enim Deus: Noli subtrahere à puero disciplinam. Nec istud sanè

sanè sine exemplo facitis; ut Platonis supra memoratam, cum nonnullis aliis, Rempub. omittam; sunt hæc quæ à vobis rara quadam providentia ad tenuiorum sublevandam indigentiam instituta sunt, multis quoque Germaniæ locis. Et in nostra Belgia anno 1530. simile institutum cæsura sua approbavit apud Hyperios Flandrorum S. Theologia facultas Parisiensis. Ad hæc extat Cæsaris Caroli edictum de procul arcendis à regno validis & improbis mendicis. Quæ omnia & sigillatim qualibet cum ego grata memoria mecum recolo, cumque apud vos multos annos incundè & libenter vixerim, multaque à vobis multis annis beneficia acceperim; presenti etiam & absenti clauum, & publica scholæ vestra gubernaculum obtuleritis; & cum (instanter urgente meo patre) ad hæc provinciam Ducissilua suscipiendam vocarer; vobisque (ut par erat) gratis actis valedicerem; ultrò & (ut iuxta mecum nouistis) à me nec verbis nec precario sollicitati, litteras & tabulas nouemuirales dedistis; quibus signatis vestra ciuitatis sigillo cõtestamini, nisi parentis obnixè reditum in patriam urgentis pietate motus vos relinquere statuissem; nulla quamuis magna pecunia (sic enim habent vestra tabula) fuisse permissuros, ut alij Reipub. meam operam manciparem; quotiescumque prætereà & quocumque ad vos redire cuperem tempore, præ omnibus aliis semper habiturum locum vacantem; quemcumque etiam. Committere non potui, tametsi viginti quinque perpetuos annos corpore à vobis abfuissem; quin aliquod grati animi symbolum, erga vos præstantissimos viros, exhiberem & ostenderem. Cumque litteris & disciplinis nihil post pietatis culturam vobis fuerit umquã antiquius aut carius, eiusmodi munusculo vos donare statui, quod liberorum & dulcissimorum vestrorum pignorum studiis ad excolendam linguam, & exercendum vertendumque; in Latino sermone stylum (ut quod maximè) conducere arbitrarer. Offero autem hunc vobis Polyonymorum nostrorum librum, qui vestra scholæ discipulis in scribendis eleganter & Latine

Latine epistolis, carminibus, declamationibus, & quibuscumque aliis scriptis, & in quotidiano sermone vsui & emolumento esse poterit. Sunt enim hic omnia vocabula è solo Cicerone, Latina lingua principe & architecto, petita & accepta. Sequutus autem sum eundem ordinem Alphabeticum quem Simon Pelegromius in suo Synonymorum libello sequendum putauit, sed (bona cum venia viri docti, & dum vineret, magni amici dictum sit) quod ipse ex omnis generis scriptoribus sua collegerat, quorum quadam erant obsoleta, alia nimis prisca, non pauca ab indoctis & barbaris hominibus excogitata; existimaui me opera pretium & studiosis utiliter facturum, si ea seligerem solum, quibus iuuentus tuò & exploratè uti posset: nec tuò solum, sed summo cum honore & lingua elegantia & politie. Nam doctorum omnium puncto & calculo ille optimè dixisse videtur, qui ad dictionem M. Tullij Ciceronis quàm proximè potuit accedere: quo nemo in omni tractandi dicendique genere plura scripsit eloquentius; nemo sermonis proprietate, nemo perspicuitate maiore, nemo ad communè vsum accommodatiùs. Quemadmodum nulla domus verè potest laudari qua non sit probè materiata: ita nulla oratio censenda est docta, ornata, splendida, qua non ex optimis & pulcerrimis constet vocibus & vocabulis. Ex malis enim lapidibus, vitioso cemento, lignis cariosis, non possunt bone & firma construi aedes. Et ex vitiosis, malaque nota dictionibus, non potest componi Latina, elegans, ornata & illustris oratio. Hoc autem munusculum vestris meritis & dignitati nimum profectò impar, oro, obsecro, atque obtestor, ut placido vultu, aquisque animis amplectamini. animo certè longè optimo, vobis vestraq; Reipub. addictissimo, quantulum id cumque est, quod vobis vestraq; schola offerimus, dedicamus. Valete Viri praestantes, omniq; laudis genere cumulati. Datum Ducis-silua, III. Kalend. Quintiles, Anno à restaurata generis humani salute c. l. d. lxxxiiii.

CHRI-

17

CHRISTOPHORI
VLADERACCIDVCIS
SILVII IN POLYONYMA
*Ciceroniana, ad Latini & incorrupti sermonis
studiosam iuventutem Prefatio.*



HABETIS hic, summa & animi & ingenij spe
 præditi adolescentes, nostræ *υπογραφίας* & succifi-
 uæ lucubrationis ad vestram vtilitatem procrea-
 tum factum: si non adultum & maturū, certè non
 abortiuum, sed vtilem & fructuosum, librum nem-
 pe Polyonymorum, ex vno soloque Latinæ linguæ
 parente Cicerone assumptorum. Ex quo (quod ve-
 rè confirmare possim) duo non parui momenti ac ponderis laborum
 vestrorum adiumenta estis consequuturi. Prius, vt vobis nullo nego-
 tio declinare liceat *ταυτολογίας* vitium scèdum cum primis ac odio-
 sum; cum nihil in orationis contextu sit aptius aut convenientius vi-
 cissitudine, varietate & commutatione. Non rarò enim vsu venit, vt
 idem sit dicendum sæpiùs; vbi, si scripturus aut dicturus aliquid desti-
 tutus erit variarum vocum copia, & quasi densissima quadã silua: aut
 cum pudore hæsitabit: aut, *κοκκυγος* in morem, eandem cantilenam
 identidem & frequenter occinet, similiter & infantia ridiculus erit,
 & rædio enecabit miserum auditorem vel lectorem. Turpe Rhetor-
 ibus vitium homœologia, cum tota videlicet vnius coloris est ora-
 tio, nulla varietate aut suauitate fastidium leuans. Gaudet ipsa natu-
 ra varietate, quæ in immensa rerum turba nihil vsquam reliquit, quod
 non admirabili quodam varietatis artificio depinxerit. Et vt (inquit
 ille) oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur: ita semper
 animus circumspèctat, in quod se veluti nouum intendat: cui si cun-
 cta sui similia occurrant, nausea protinus auertitur. Id quod celeberr-
 rimos quosque & (vt voce Gelliana vtar) classicos auctores Latinæ
 puritatis testes idoneos, & primæ notæ scriptores studiosè obseruasse,
 ex illorum pulcerrimis monumētis solis luce clariùs apparet. Et quo-
 niam singulos persequi longum foret, infinitique prorsus laboris: suf-
 ficiet vnum ex principe Poëtarum Homero exemplū. Hic in Odyf-
 sea sua sapiùs Vlyssis Ithacensium principis variauit epitheta, quàm
 poëticus ille Protheus suos mutauit colores. Nunc, inquit, *πολύμητις*
Ὀδυσσεύς. Nunc: *Ὀδυσῆες ἀμύμονος ἀντιθέοιο*. Interdū: *θεῖος Ὀδυσσεύς*.
B Aliquando:

B

Aliquando:

Aliquādo: ὡ γύβαι αἰδολή λαερτιάδεω Ὀδυσῆος. Modò: ἐλθόντες δ' ἐς δώματ' Ὀδυσσεὺς ἦϊοιο. Interim: ἔσαν δ' ἀμφ' Ὀδυσῆα δαίφρονα ποικιλομήτην. Sed quid arenas numero in eo Poëta, qui omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit, quem nemo in magnis rebus sublimitate, in paruis proprietate superauit, qui idem lætus ac pressus, iucundus ac grauis, tum copia tum breuitate mirabilis, nec poëtica modò, sed & oratoria virtute eminētissimus habetur? Itemque innumerorum instar fuerit vauis è Virgilio locus, qui de Afri Domitij sententia, ita accedit Homero Poëtarum principi, vt sit secundus: prior tamen primo, quàm tertio. hic in sexto suæ Aeneidos libro, quoties Sibyllam induxit cum Aenea loquentem, toties principia cum eius laude, & plena cum magnificentia varietate distinxit. Nunc, Tros Anchisiade: nunc, Sate sanguine Diuūm: item, Anchisa generate Deūm certissima proles. Interim, Dux inlyte Teucrūm. Qua varietate vt nihil iucundius; ita nihil est quod æquè auditorem in attentione conseruet, & minus tedium obrepere permittat, lectoremque ad plura anhelantem suauiter perducatur. Alterum, quod ex hoc Polynomorum (quæ Synonyma appellant quidam) volumine percipietis emolumentum & præmium, minimè vulgare est: vt non sit in vestra dictione metuendus *σωροισμός*, ex barbaris Latinis, propriis & impropriis, obsoletis & nouis, poëticiis & oratoriis, quouis monstro Horatiano monstrosior: sed vt sit vniusmodi orationis cursus & ingressio ad illius imitationem, quem lectissimum fatentur omnes, in quo vis Demosthenis, copia Platonis, suauitas Isocratis, & quæcumque vilo in genere laus egregia fuit, in eo summa, præcellens, & eximia extitit, quem non modò eloquentissimum fuisse, sed ab eo ipsam eloquentiam genitam vno ore confitentur omnes docti, qui cui placebit, eum optimus formandæ iuuentutis artifex Quintilianus multum profecisse testatur, qui quoque vult parandas esse quasdam opes, quibus vti, vbicumque desideratum erit, possis: eæ, inquit, constant copia rerum & verborum. Cicero etiam primum siluam rerum & sententiarum comparandam esse eloquentiæ studioso diligenter præcipit. In Rhetoricis suis Aristoteles dicit caput eloquutionis esse, purè & emendatè loqui. Cū autem sine verbis & sententijs eloquentia constare non possit, efficitur omnino optimorum vocabulorum (vt citra controuersiam sunt ea quibus præcipuè omnium eloquentissimus vsus M. Tullius Cicero) copiam congerendam esse. Fruimini igitur hac nostra antelucana qualicumque industria, & quodcumque impensum est laboris & operæ, boni consulite: & fructus longè vberimos affatim & cumulatè percipite: vosque ad Ciceronianam illam scribendi maiestatem paullatim comparate.

POLYO-

P O L Y O N Y M A ¹⁹
C I C E R O N I A N A.

Achten. Priser, Estimer.

FA C E R E, ducere, putare, habere, ponderare, pendere, estimare. Duos duarum atatum plurimi facio. Ep. Pericula mortis parvi ducenda. Pro Arch. Ego te unum pluris quam omnes illos puto. At. Pro nihilo putantur. De Orat. Omnia que secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. De Sen. Dalmata sunt habitus bellicosi. Ep. Ea que fiunt, iudicio certo ponderare. Off. Si ex opibus, non ex veritate causa pendetur. Pro Quint. Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa estimat. Pro Q. R.

Achter/han achter. Derriere, Par derriere.

Atergo, pone, retrò. Atergo adoriri. Pro Mil. Et pone quos aut ante labuntur. De Vn. Orbes, qui versantur retrò, contrario motu. De Som.

Achterclapper. Detraqueur, qui mesdit d'aultruy.

Maledicus. Pro Flacco. Obrectator. Pro Plan. Ep. Pro Föt. Mordax. De Orat. Petulans. Pro Mur. Homo natura maledolus & maledicus. De Fin. Maledicus conuicator. Pro Mur. Cũ aculeo & maledicto facetus. De Cla. Momus. At.

Achtereclappen/lasteren.

Parler mal en derriere, Blasmer.

Obrectare, Arcefilas Zenoni obrectās. Acad. Maledicere. De Orat. Mordere. At. Detrahere de fama alicuius.

Achtermiets gaen/treden. Reculer, Forligner.

Regredi. Regredi quàm progredi malo. Off. Reserre pedem. Ep. de Orat.

Achter setten/minder achtē. Moins estimer, Mettre arriere.

Posthabere. Tus. Posterius ducere. Pro Rab. Longè retroque ponere. Hoc honore ex nouis hominibus primùm me, multis posthabitis, affecisti.

Acker oft belt. Champ, Champagne.

Ager, fundus. I. V. Arnū. Tunc erat ager incultus, sine te-
cto; nunc est cultissimus cū optima villa Campus, Contra Rul.

Ackerman/hupsman/boer.

Laboureur, Rustique, Villageois.

Agricola. Deiotarus diligentissimus agricola & pecnarius
habebatur. Pro Deio. Rusticus, Pro S. R. Villicus, pro Cluent.
Colonus, pro Cacin.

Adem/asem.

Haleine.

Anima, spiritus, anhelitus.

Adem verhalen.

Halener, Respirer, Reprendre son haleine.

Spirare, respirare, spiritū ducere, anhelare. De Nat. Qua
deseri à me, dum quidem spirare potero, nefas iudico.

Adere openen/ bloet affaeten. Saigner.

Incidere venas alicui. Detrahere sanguinem. At. Sangui-
nem mittere, quidquid potest detrahere.

Aefrechts/ verkeert.

A rebours.

Præposterus, perversus. Ne quid perturbatum ac discre-
pans, aut præposterum sit. De Orat. Iste omnia præposteris ver-
bis pronuntianit. Pro Dom. Præposteros habes tabellarios. Ep.
Quid tā perversū præposterūve excogitari potest. Pro R. P.

Aencluen.

Infecter.

Contagione manare longiūs, contagio obesse, contagione cor-
taminare, inficere. Off. Contagiones malorum, quæ ab uno pro-
fecta manant latiūs.

Aencluende siecte.

Maladie contagieuse.

Contagio, malum serpens, malum manans in dies latiūs,
longiūs serpere. Pro Mur. Latius patet illius sceleris contagio,
quam quisquam putat.

Aende sijde gaen / oft sitten.

S'asseoir, ou marcher ou costé.

Supra, infra, ire, sedere.

Aenuat

Aenuallen oft bestooten den vjandt.

Affaillir l'ennemi.

Inuadere hostem, vel in hostem impetum facere, inuolare, irruere, irrumperere, petere, vim facere. Pro Ca. In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. I. V. Inuadere in vrbes hostium cum exercitu, vi.

Aenghebozen wter natueren. Naif, Naturel.

Ingenitum, ingeneratum, insitum, innatum. De L. Ingenita natura virtus.

Aenlocken/aenleyden. Allicher, attirare.

Allicere, allectare, inuitare, captare, prolectare, trahere, ducere, attrahere, inducere, illicere, aucupari. Ep. Hominem adolescentem nō tam allicere volui, quā alienare nolui. Off. Omnis virtus nos ad se allicit.

Aenlockende dinghen. Allichement, Flatterie.

Blanditia, illecebra, inuitamentum, incitamentum, stimulus, blandimentum. 7. C. Inuentutis illecebra. D. L. Voluptas est illecebra turpitudinis. Pro Sest. Vitiorum illecebra.

Aenschoutwen. Regarder, Contempler.

Aspicere, conspicere, tueri, intueri, contueri, aspectare, in aliquem oculos conicere, alicuius in vultu habitare; oculos, obtutum in aliqua re figere. I. C. Illi inter se furtim nonnunquam aspiciabant. Item, Aspicere ad aliquem.

Aenspreken. Parler à quelq' vn.

Alloqui, compellare, appellare, conuenire, affari. Off. Appellare milites blando sermone. Pro Cluent. Te appello Oppianice. I. V. C. Marcelle te appello.

Aenmercken/toehoozen.

Aduifer, Prendre garde, Appercevoir.

Attendere, animaduertere, animum attendere, diligenter percipere, attento animo summaque cum benignitate audire, mentem auresque erigere, silentium alicuius orationi tribuere, animum & mentem adhibere, aures ad alicuius vocem admo-

uere, animo adesse. De Inu. Hermagoras, quid dicat, non attendit. Item: Si diligenter attendimus. Ep. Nihil errabis, si paullo diligentius attenderis, ut intelligas.

Aennemen eenich werck/last/ officie aengaen.

Prendre à sa charge, prendre sur soy quelque office.

Suscipere negotium, curam, cogitationem, laborem, periculum, mulium negotij, periculosas rerum actiones, partes pro aliquo, molestias, causam. I. C. Illi sine mora negotium susceperunt. Att. Obsecro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuae virtutis. Sic, Susceptum negotium transigere.

Adeldom. Noblesse.

Nobilitas, claritas generis, antiquitas generis, vetustas familia, splendor, amplitudo, altitudo fortuna & gloria. Pro Sest. Omnes boni semper nobilitati fauemus. De Orat. Per tuam nobilitatem, per vestram familiam, per tuas statuas.

Afcomen/afcomste hebben. Descendre.

Prognatum esse, progenitum esse, natum esse. Tus. Thyestes Tantaloprognatus. Pelopenatus. De L. Hominem genuit & ornauit Deus. I. A. Mars à quo populum Romanum generatum accepimus. I. A. Virtus que propria est Romani generis atque seminis. De Ora. Quidam malo genere natus. Patricius, plebeius.

Afuallen/afwijken. Se reuolter, Mutiner, Rebeller.

Deficere, desciscere, deserere, relinquere. I. A. cum à Re-pub. pestiferi cines desciscerint. Pro Rab. Tiberius Gracchus à senatu desciscerat. In Acad. Desciscere à veritate.

Afgheset worden/afgaen/afsetten.

Estre deposé, Estre debouté.

Abire magistratu, abdicare se magistratu, abdicare se pratura, abrogare alicui imperium, abrogare collega magistratum. At. Tutela me abdicare cogito. I. V. Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset. De Cla. Brutus collega suo imperium abrogauit.

Afhou

Afhouden/afsnijden. Trencher, Couper.

Amputare, praevidere, abscindere, secare, resecare. f. v. Cleomenes anchoras praecidi imperat. Tusc. Cinna collega sui consulis C. Octavii praecidi caput iussit. Off. Amicitiam magis docet sensim dissuere, quam repente praecidere. I. A. Sic in Reipub. corpore, ut totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputetur. De Orat. Volo esse in adolescente, unde aliquid amputem.

Afraeden. Desconseiller.

Dissuadere, dehortari, ab aliqua re deterrere, auocare, deterrere à proposito, à scribendo, deducere aliquem ab humanitate, & ab religione, deducere de sententia. Top. Dissuadentibus aut utilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferenda.

Aflaeten/ophouden. Laisser, Delaisser.

Desistere, cessare, intermittere, dimittere, supersedere. Ep. Qui agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret. Tusc. Verbo de sententia destitisti. At. Ego id facere non destiti.

Afstooten. Debouter, dechasser.

Deturbare, deijcere, detrudere, praecipitare, praecipitem perturbare, agere praecipitem, volvere praecipitem. I. P. Suum quemque scelus de sanitate ac mente deturbat. Pro Do. Praecipitari ex altissimo dignitatis gradu.

Aflaen in't rekenen. Rabatre.

Deducere, decidere, detrahere, de summa. Off. Ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, deducendoque videre, quae reliqui summa fiat. De L. Partitioni caput scriptum cautè, ut centum nummi deducerentur.

Alleenlijck spreken. Parler à part.

Loqui separatim, seorsum, sigillatim. Att. Ipsum Pompeium separatim ad concordiam hortabor.

Alentkens. Petit à petit, peu à peu.

Paulatim, sensim, gradatim. Ep. Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit.

Als ich meyne. Comme ie pense, Comme i'estime.

Vt arbitror. Ego sic existimo, meo iudicio, mea sententia, opinione mea, quantum indicare possum. Vt mihi quidem videtur, vt sentio, sicut mihi videtur, vt opinio mea fert.

Als men seyt. Comme on dict, Comme il est bruiet.

Sicut fertur, vt ferunt, quomodo aiunt, vt predicant, vt hominum fama est, vt perhibent. De Or. Docebo, sus (vt aiunt) oratorem.

Alsoo lange/ter tijt toe. Ce temps pendant.

Quoad, donec, vsque dum, tam diu, vsque eò dum, tamdiu quam. At. Reliquum est, quid agatur, quoad poteris exquiras,

Alder zjn/oft ouder. Estre plus vieil.

Esse grandiorum natu, longius atate prouectum, antere alios atate, praecurrere alium atate. Sic, Grandior atas. Pro Quint. Quum propè acta iam atas decursaque.

Alt oft oudt. Vieil.

Antiquus, priscus, vetus. Cascus Ennio, teste Cicerone in Tusc. 7. V. Hec nimis antiqua & obsoleta sunt. At. Igitur antiquissima cuique epistola primum respondebo.

Althept/ouderdom. Vielleffe.

Senecta, senectus, atas iam propè acta & decursa, vltimum tempus atatis, ingrauescens atas, exacta atas, extrema atas, grandior atas, atas maturissima, maturitas atatis, atas prouecta, atas decrepita. De Cla. Fabius vixit ad summam senectutem.

Alt wijf. Vne vieille femme.

Anus, anicula, mulier vetula. Tusc. Que est anus tam delira, que ista timeat?

Alders niet verbeteren / beraerden.

Forligner, Degenerer.

Degenerare, veteres maiorum laudes obterere, inferiorem esse patre, maioribus dedecori esse. 7. A. Frater tuus, qui à vobis nihil degenerat.

Ambacht.

Ambacht. Mestier, Art mechanicque.

Artificium, opera e, ars, opus. I. V. Intelligas hominem artificij cupidum, non argenti fuisse.

Ambachtsman.

Ouurier, Gaigne-pain, Artisan.

Opifex, artifex. Or. Consuetudo artifex suauitatis. Artifex mundi, i. Deus. De Vn.

Anders ghecomen dan ick hopte.

Autrement aduenu, Que ie n'esperoye.

Opinio me fefellit, prater opinionem accidit, prater consuetudinem accidit, prater opinionem meam venit, prater expectationem, prater spem. Ep. Prater opinionem mihi acciderat.

Andere dinghen onderwinden.

Se mesler des affaires d'autruy.

Curare negotia aliena, procurare negotium alterius, habere aliquid alieni negotij. Suscipere, administrare, conficere alicuius negotia, agere negotium alicuius diligenter.

Anders gheboelen / an ders ghesint zijn.

Estre de contraire opinion, Desaccorder.

Dissentire, discordare, dissidere, discrepare. Ep. De isto magna dissensio est.

Antwoorden. Respondre.

Referre, responsum dare, responsum reddere, rescribere, renuntiare, dicere ad ea qua sunt dicta. I. V. Ipsi autem tantis de rebus responsum nullum dedisti. I. C. A me quoque responsum tulisti, me nullo modo posse.

Apreker. Apoticaire.

Pharmacopola, Vnguentarius. Pro Cluent. Clodius pharmacopola circumforaneus.

Arbeydt. Labeur, Trauail.

Labor, labor corporis, contentio animi, opus, vigilia, sudor, assiduitas. De Or. Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor.

Arbeyden. Labourer, Trauailer.

Laborare, elaborare, laborē suscipere, opus facere, multum opera ponere vel conferre in aliquam rē, in aliqua re multum opera studii que ponere, in aliquo labore se exercere, magnis se laboribus frangere, operam dare. At. Nec de me laboro, de pueris quid agam, non habeo: non sum sollicitus de me.

Arbeydt te vergheefs doen.

Labourer en vain, Perdre son temps.

Perdere operam, operam & oleum perdere, laborem frustra suscipere, frustra tempus conterere. Ep. Is fatetur se & oleum & operam perdidisse.

Aerde crupcken/potten. Vaisseau ou pot de terre.

Vasa Samia, vasa fictilia, urna fictilis. Ad Her. Nos Samis delectabamur. Pro Mur. Atque ille strauit lectulos, &c. & exposuit vasa Samia.

Arm/schamel meusche. Pouure, Indigent.

Pauper, inops, egens, qui eget, tenuis, tenuior, humilis, summa egestate, paruis opibus ac facultatibus preditus, miserimus, inanissimus, cui egestas imperat, cui parua est res familiaris, qui in paupertate est. In Vat. Ex paupere diues factus es.

Armoede. Pouureté.

Paupertas, tenuitas, angustia rei familiaris, domestica difficultas, inopia, egestas, mendicitas. Off. Qui propter paupertatem sues puer pasceret. Contra Rul. Homo non solum honoribus populi, verum etiam patientia paupertatis ornatus.

Armoede lijden.

Endurer pouureté, Viure pouurement.

Cui egestas imperat, cui parua est res familiaris, qui in paupertate est, pauperem esse, tenuem esse, tenuissimum esse.

Auentuer. Cas, Aduenture, Cheute.

Sors, fortuna, casus, alea, fors fortuna. De D. Casū praelij omnes timebamus. Pro Clu. Atq; etiā casu Stalenus ipse nō aderat.

Auondt.

Quodt. Le Vespere, le soir.

Vespera, vespereus, extremum tempus diei. I. C. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. I. A. Atque ibi perpotavit usque ad vesperum. Tusc. Ab hora octava usque ad vesperum, secreto collocuti sumus. Item, usque ad vesperum contentius ambulare. De D. Ea ipsa die domum ad vesperum redit. De Or. usque ad extremum tempus diei, collocuti sunt inter se.

Quodtmael. Le souper.

Cæna, cænula. At. Vocarem aliquem ad cænam. I. V. Dare cænam alicui. Qu. Fr. Venit ad nos Cicero tuus ad cænam, cum Pomponius foris cænaret. Ep. Nec tamen eas cænas quero, ut magna reliquia fiant, quod erit, magnificum sit, & lautum. Pro Cal. Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores suas redeuntes à cæna, attractatas esse à Calio.

Altaer. Autel.

Ara, altare, focus, pulvinar. De Ar. Qui sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxisti. Pro Quinct. R. Erotas sicut in aram, confugit in huius domum. Ep. Qui nisi in aram confugisset, vim pratoris effugere non potuisset. D. N. Pro aris focusque certare.

Badstouë / stouë. Bains, Estuues.

Balnea arum, balnea balneorum, balneum. At. Balneum caleferi iubebo. Pro Cal. Balnea publica. Ad Her. Nam ut forte hic in balneas venit, cepit postquam perfusus est, defricari. De Or. Modò enim existi de balneis.

Ballinck / veriaeght.

Banni, Dechallé.

Exul, eiectus, vi eiectus, extorris, eiectus in exilium, exilio multatus, eiectus à patria, qui in exilio est, è civitate eiectus, qui domi stare non potest, qui exilio affectus est. Pro Dom. Exul est ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Parad. Exilium est poena scelerum.

Bans

Wangighepdt. Angoisse.

Angor, mœror. Tusc. Angor est agritudo premens. Ep. Me ab omnibus molestiis angoribusque abducam.

Wæren / ter wereldt brenghen.

Enfanter, engendrer, produire.

Parere, gignere, procreare, partum edere, in lucem edere. De Or. Mulier granida expletis iam ferè ad pariendū mensibus. Item: Si quintum pareret mater eius, asinū fuisse parituram.

Wæert. Barbe.

Barba. Tusc. Regia virgines, ut tonstricula, tondebant barbam & capillum patris.

Wassen. Abbayer comme chiens.

Latrare. De Or. Hic frater meus à Philippo interrogatus quid latraret? furem se videre respondit.

Wedde. Liêt.

Lectus, lectulus, cubile. Ep. Is mihi dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares.

Wed-deken. Lodier.

Stragula vestis, stragulum, peristroma, textile stragulum, magnificis operibus pictum. Stratū pulcherrimum. Tusc. Collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto.

Wedencken. Penfer, Considerer.

Cogitare, meditari, commentari, animo & cogitatione comprehendere, in aliqua re cogitationem ponere, mente completi, cogitatione complecti, mente contrectare, animo agitare, ratione animoque lustrare. Pro Deo. Hac ego repeto, & dies & noctes cogito.

Wederuen/vernielen. Gaster, Aneantir, Destruire.

Vastare, vastitatem inferre, depopulari, diripere, compilare, expilare. Ep. Multa castella cepi, multa vastavi.

Wederffenisse. Perdicion.

Excisio, vastatio, vastitas, ruina, perniciēs, exitium, interi-

tus,

tus. Pro Flacco: *Cum vastitatem à templis, delubris, vrbe, Italia depellebam.*

Bedriegher. Trompeur, Abuseur.

Fraudator. I. A. Trebellius fraudator creditorum. Pro Flac. Vna & eadem est omnibus in locis fraudatorum & inficiatorum impudentia.

Bedrieghen. Tromper.

Honoris cupiditas, auiditas gloriae, ambitio, studium, cupiditasque honorum. Off. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. At. Me ambitio quedam ad honorum studium duxit. Qu. Fr. Me quedam tenet infinita in te auiditas gloriae.

Eergierigh zyn/eer soecken. Cercher honneur.

Desiderare gloriam, trahi laudis studio, gloria duci, experere gloriam, cupidum esse splendoris & gloriae, cupere commendari sempiternae gloriae, ambitiosum esse. Pro Arch. Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur.

Eerlijck/eerweerdigh/deuchsaem.

Honorable, excellent.

Honestus, prestans, excellens, eximius, egregius, spectatus, probatus, cognitus, probus, bonus, moratus, bene institutus, frugi, integer, castus. Pro Mur. Ampla & honesta familia, & conuiuium moderatum atque honestum.

Essen

Effen/glat schauen. Doler.

Dolare, edolare, polire, perpolire, limare. De D. Quis robur illud cecidit, quis dolavit?

Egghen. Herfer.

Occare.

Ekelboom/epcke. Vn chesne.

Quercus, quercus glandifera.

Enghe. Estroi& & ferré.

Arctus, angustus, adstrictus. De L. In paruum quendã & angustum locum concludi. Off. Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumq; concludi. Item: Nihil est tam angusti animi, tamq. parui, quam amare diuitias. De Or. Nec tamen hæc ita sunt arcta & adstricta, ut ea cum velimus, laxare nequeamus. At. Vincula amoris arctissima.

Enghe mæcken. Estrecir.

Cõtrahere, adstringere, in angustum adducere, vel deducere, coarctare, coangustare. De N. Aluus tum astringitur tum relaxatur. At. Quidquid ego adstrinxi, ille relaxat. I. P. Quorum mens erat oppressa premio, lingua adstricta mercede.

Ers. Trou du cul.

Anus ani, culus.

Eren metten ploegh. Labouter la terre à la charrue.

Arare, aratro perstringere, terram arare, sulcum altius imprimere. De Or. Ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus, quò meliores fœtus possit & grandiores edere.

Eten. Manger.

Edere, cibũ capere, comedere, cibo vii, adhibere cibũ & potionem. De Fin. Epicurus utebatur eo cibo, qui & suauissimus esset, & facillimus ad concoquendum. De Sen. Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.

Etter.

La bouë & ordure qui sort d'vn clou ou apostume.
Sanies, tabum, sanguis ater. I. P. Saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro.

Exempel

Exempel gheuen. Donner exemple.

Esse exemplum aliis, exemplo nocere, exemplum esse innocentia, edere exemplum severitatis, exemplum proponere, exemplum facti relinquere, proponere exempla ad imitandum. In Sall. Vt ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. De L. Plus exemplo, quam peccato nocent. De Or. Cum esset ille vir exemplum, ut scitis, innocentia.

Exempel nemen. Prendre exemple.

Exemplum sequi, veteri exemplo atq; instituto optimi cuiusque facere, proponere sibi alicuius exemplum, capere exemplum, petere exemplum, sibi proponere exempla ad imitandum. De Or. Si exempla sequimur, à Demosthene sumamus.

Epghen goet. Bien propre.

Peculium, res familiaris, res domestica, fortuna bona, pecunia, patrimonium. Par. Qui cupiditate peculij, nullam conditionem recusavit durissima servitutis. De Or. Homo fatuus, postquam rem habere coepit, est mortuus. Pro Qu. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè benè culta & fructuosa. De Finibus: Res familiaris ministra & famula corporis. At. Re familiari communiti sumus. Ad Bru. Rei familiaris iactura tolerabilis est. Ep. Res familiaris valdè exigua. Pro R, P. Augere rem bonis & honestis rationibus. Off. Res autem familiaris quæri debet his rebus, à quibus abest turpitudine.

Epnde. Fin de quelque chose.

Finis, exitus, extremum, terminus, modus. De Or. Finem scribendi facere. I. V. Finem & modum transire. Pro Deiot. Tueri fines suos ab excursionibus hostium.

Epnden. Finir.

Absolvere, perficere, conficere, transire, finire, ad exitum perducere. De L. Historia nec institui potest, nisi preparatio otio, nec exiguo tempore absolui.

Euwich. Eternel, à tousiours, à iamais.

Sempiternus, aternus, perpetuus, perennis. De Am. Vera amicitia sempiterna sunt. Eius

Geuwighe memozie oft faem achter laeten.

Laisser memoire immortelle.

Reddere memoriam sui nominis immortalem. Consecrare memoriam sui nominis omni genere monumentorum, amplissimi monumentis consecrare memoriam nominis sui, tradere immortalitati. Pro Dom. Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, & memoria relinquemus.

Geuwelyck. Eternellement.

In perpetuum, perpetuo, semper, omni tempore, in omni vita, dum hominum genus erit, numquam non, ab eternitate, omne tempus atatis. I. V. Quin in omni vita nihil aliud egi.

Faem/rumoer.

Renom, renommée.

Rumor, fama, res qua in omnium ore, atq. in sermone omnium coepit esse, sermo vulgaris, nuntius, disseminatus, dispersusq; sermo. Ep. Ex Asia nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Rumores tristiores. Rem te valde bene gessisse rumor erat. Pro Deio. Graues rumores sparsi sunt, misit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se transferrent. Ep. Rumor raucus. Pro Sest. Expetenda est bona fama bonorum, qua verè sola gloria nominari potest. Off. Fundamentum perpetua commendationis & fama est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Pro Quinct. Famam existimationemque amittere. I. V. Famam emanare. Ep. Fama percrebuit. Ep. Magna illicò fama surrexit. Ep. Non putavi famam instantia mihi pertimescendam.

Faem laeten springhen/spyenden.

Esparde bruit, & renom.

Dissipare famam vel rumorem, spargere de aliquo graues rumores. I. A. Rumoribus improbiis dissipatis.

Fleccijn/

Flercijn/gichte. Goute.

Artuum dolor, dolores pedum. Tusc. Quòd vehementer eius artus laborarent.

Fortresse/Merckte. Fortresse, chasteau de defense.

Castellum, arx, receptaculum, perfugium, locus septus, munitus contra hostes. Ep. Multa castella cepi, multa vastavi.

Fraep/propet/schoon. Beau, net, orné, gent.

Elegans, concinnus, politus, formosus, pulcer, eximia facies, bellus, venustus. Ep. Homo in omni iudicio elegantissimus. Item: Vir omni liberali doctrina politissimus. De Fin. Non satis politus bonis artibus. De Cla. Oratio accurata & polita. Pro Sest. Vita humanitate perpolitata. De Or. Ornata oratio & perpolitata. I. P. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, politus è schola.

Frontieren. Frontiere ou lisiere du país.

Fines, termini, ora. Ep. Extera nationes, à prima ora Graecia usque ad Aegyptum. De Fin. Regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. Or. Vix suas regiones finesque defendere. De Ora. Benè dicere autem non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. Pro Arch. Vita spatium exiguis regionibus circumscriptum est. I. C. Res gesta Pompeij, usdem quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur. Pro Deiot. Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis.

Gaen. Aller.

Ire, vadere, iter facere, pergere, iter contendere, iter conferre, concedere. I. C. Ire in exilium, proficisci in exilium, iter habere, proficisci. Ep. Cùm te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret.

Gaen ligghen als den windt. Rasseoir comme le vent.

Tempestatem commutatam esse, & fluctus sedatos, fluctus conquiescere.

Gaen

Gaen slapen. Aller dormir.

Tradere se quieti, ad quietem ire, corpus dare quieti.
De D. Si ad quietem integri iremus.

Galghe. Gibet.

Cruce, patibulum. I. V. Verres, cines Romanos in cruce
sustulit. At. In cruce tolli. Pro Clu. Strato in cruce actus
est, exacta lingua.

Gardentier. Jardinier.

Olitor. Ep. Excita Phedram, ut hortum ipse conducat, sic
olitorum commonebis.

Gasterije / bzafterje.

Banqueterie, yurongnerie.

Epulum, conuiuium, accubatio epularis amicorum. Centau-
rorum & Lapitharum conuiuium dicitur, in quo pugnatur.
Magnifice & splendide ornatum conuiuium, comessationes,
opipare paratum conuiuium, mensa conquistissimis epulis ex-
tructa. Tusc. Themistocles cum in epulis recusasset lyram,
habitus est indoctior. Prandiorum apparatus.

Gasterije houden. Faire banquets.

Conuiuari, conuiuium agere, ad epulas recipere, mensam
conquistissimis epulis extruere. I. V. Quotidie non modo in
publico, sed etiam de publico conuiuari. At. Vocare aliquem
ad cœnam. Ep. Dare alicui cœnam. V. A. Antecesserat Sta-
tius, ut prandium nobis præberet. Pro Mur. Ad prandium
inuitare.

Gaeue/ghifte. Don, ou present.

Donum, munus, beneficium. Post. Deorum beneficio, & deo-
rum munere. Pro Clu. Tantum donis datis muneribusq̄ per-
fecerat. Off. Munera perinde sunt, ut accipiuntur. Acad.
Dare munus alicui. Ad Heren. Largiri munus alicui.

Gheuen. Donner.

Donare, largiri, munere afficere, munus dare, dona & mu-
nera dare, munus asserre, stipendio afficere, muneribus amplis-
simis

E

simis

simis ornare. I.V. Donare aliquem annulo aureo. Pro S. R. Donari ab aliquo maximis pramiis.

Sheacht/wel ghesien. Prisé, bien renommé.

Honoratus, auctoritate valens, habens auctoritatem & nomen, illustris, insignis, nobilis, qui in honore & pretio est, honoratus & princeps, honoratus & nobilis, honoratus vir, clarus. De Sen. Clarus & honoratus vir.

Shebieden. Commander.

Iubere, mandare, mandata mandare, mandatum vel mandata, negotium dare, imponere, committere, tradere, praescribere. At. Iubeo te bene sperare. At. Sed tibi nihil mando nominatum, me totum tuo amori fideique commendo. Ep. Mandavi filio, qua illum vellem loqui tecum. Item: Diligenter mandare aliquid alicui per litteras. Off. Exponere mandata. I.V. Iubeo te sine cura esse. Decernere, statuere, constituere, edicere.

Shebodd. Commandement.

Mandatum, res mandata, decretum, edictum. At. Afferre mandata ad aliquem. Ep. Dare mandata alicui ad aliquem. J. A. Dare mandata alicui de magnis rebus. Q. Fr. Tua mandata persequar diligenter. J.V. Qui plurimum tribuunt edicto praetoris, edictum legem annuam dicunt esse. Pro Fl. Flaccus sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret. I.V. Edictum ut ne quis cum telo feruus esset.

Shebzupcken/ Shenicten.

Iouir de quelque chose.

Frui, potiri, fructum percipere, voluptatem percipere. Ep. Nihil timco, si uor dum licet, opto ut semper liceat. Pro S. R. Filius certis fundis, patre uino frui solitus est. Item: Commo- da quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, à Deo nobis dari videmus. I. A. Si pace frui volumus, bellum gerendum est. I.C. Eos frui uita & communi spiritu non puto oportere. Pro Syl. Mihi liceret eius urbis, quam conseruassem, conspectu tranquillo animo & quieto frui.

Gecken!

Gecken/sotten/narren. Fols, ou fots.

Stulti, fatui, deliri, mente capti, malesani, dementes, amentes, nullius consilij. I. A. Ut hominem stultum magis infatuat. Ep. Stultorum plena sunt omnia. De Or. Tum Hannibal respondisse fertur, multos se deliros senes sapè vidisse: sed, qui magis quam & hormio deliraret, vidisse neminem.

Ghedencken. Souuenir.

Recordari, reminisci, memoria tenere, memoria custodire, memoriam alicuius rei habere, in memoriam redire, alicuius rei in memoriam venire, memoria mandare, memoria repetere, commemorasse, commemorare. De Or. Cùm omnes gradus ætatis recordor tua.

Gheen ghelooue/ghéen verbondt houdende.

Desloyal, qui ne tient ne foy ne loy.

Homo perfidiosus, perfidus, destitutor, qui frangit fidem, qui fidem iusurandumque neglexit, qui in fide non mansit, qui fregit fœdus, qui fœdus non seruauit. Pro Quinct. Si fide societas colitur, qui sociũ prodit, perfidiosus est. De Or. Homo improbus & perfidiosus. Ep. Perfidiosus, insidiosus, fallax. De Ar. Fidem iusurandumque negligere. Pro Dom. Gabinius fregit fœdus. Off. Regulus ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. Fidem violare. Pro Quinct. Perfidiosum & nefarium est, fidem frangere. Pro S. R. Qui fidem violat, oppugnat omnium commune presidium. Pro Pomp. Romæ solutione impedita, fidem concidisse. Ad Her. Fœdera negligere, violare, rumpere. Pro Cor. Contra fœdus facere. Off. Regulus non debuit conditiones & pactiones bellicas perturbare periurio.

Ghebannen. Banny.

Exul, extorris, eiectus, vi eiectus, in exilium eiectus, exilio multatus, eiectus à patria, qui in exilio est, è ciuitate eiectus, qui domi stare nõ potest, qui exilio affectus est. Parad. Quos leges exilio affici volũt, exules sunt: etiã si solum non mutarunt.

E 2

Gheen

Gheensins.

Nullement, en nulle maniere.

Nequaquam, minime omnium, nullo pacto, nulla ex parte. De In. Nequaquam tantum inter eos interesset.

Gheestelen. Foïetter.

Virgis cadere, loris cadere, ad supplicium verberibus casum trahere. I.V. Virgis ad necem cadi.

Gheestigh/constigh. Artificiellement.

Artificiosè, affabrè, antiquo artificio factum, fabrè, scite. I.V. Dens paullo magis affabrè, atque antiquo artificio factus.

Ghehanghen worden. Estre pendu.

Suspendi, cui cervix fracta est, suspendi de ficu, in oleastro, pendere in arbore, ex arbore. f.V. Hominem corripì, ac suspendi iussit in oleastro quadam.

Ghehoorsaem. Obeissant.

Obediens, audiens, auscultans, obtemperans, obsecundans, ad nutum paratus, imperium non recusans, monita alicuius sequens, dicto parens, dicto audiens. Off. Homo natura obediens homini nocere non potest.

Gheleerdit inde Rechten. Iuriste.

Iurisperitus, iurisconsultus. Pro Clu. Quis P. Octavio ingenio prudentior? iure peritior? De Ora. Scauola iurisperitorum eloquentissimus, eloquentium iurisperitissimus. De Cla. Caelius iuris valde peritus. Item: L. Lucullus iuris & publici & privati sanè peritus.

Gheleghentheydt/pas. Opportunité.

Opportunitas, occasio, tempus actionis opportunum. Pro Mur. Et certè in armis locorum valet opportunitas: tempestiuitas. De Sen. Sua cuiq; parti etatis tempestiuitas est data. Ep. Nactus tempus hoc magis idoneum, quam antea. Contrarium est, Alienissimum tempus. Ep. Satis in tempore ad eos accedemus. De Cla. Hortensius alienissimo Reipublica tempore extractus.

Ghelijck

Ghelijck wesen. Resembler.

Similem, consimilem esse, cui similitudo est cum aliquo, filius similis patri. De moribus. In Verrem. Expressam vel effictam formam alicuius esse. In Sall. Tu par ac similis scelestorum civium.

Ghelijck dat behoorde.

Comme il faut, comme il est convenant.

Ut equum erat, ut par erat, aptum erat, decebat. Off. Quid deceat, quid aptum sit. At. Quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter ac deceat. Or. Ut in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quam quod deceat videre. Et: Decere declarat, quasi aptum esse consentaneumque; persona, quod in omnibus rebus valet, contraque item, dedecere. Off. Nihil decet inuita, ut aiunt, Minerva. De Fin. Decet cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. I. V. Statim ut par erat, comprehensi sunt.

Ghelijck / oft saemen gheuoelen. Consentir.

Consentire, congruere, convenire, consentaneum esse, idem sentire, cum aliquo facere, in sententia alicuius manere, iudicio vel opinione alicuius stare, cum aliquo sentire, in eadem voluntate vel opinione esse, conspirare, approbare, comprobare, laudare, auctoritatem alicui rei tribuere. De Am. De amicitia utilitate omnes uno ore consentiant.

Ghelijck. A la grandeur.

Instar, ad similitudinem, per similitudinem. De Cla. Plato mihi vnus instar omnium. I. V. Navis que urbis instar habere inter alias videretur. At. Epistola que voluminis instar erat. De Fin. Hoc instar mortis puto. I. P. Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redij. Tusc. Similiter facis ut si quis. Eodem modo, simili modo.

Ghelijck der waerhepdt luydende.

Vraisemblable.

Verisimilis, similis veri, credibilis, consentaneus, ad veritatem propensus, probabilis, maxime specie veritatis mouens.

Acad. Volunt probabile aliquid esse & quasi verisimile. Ep. Id autem eò facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Off. Causam probabilem reddere alicuius rei.

Ghelijcken/compareren.

Accomparager, equiparer.

Comparare, conferre, equiparare. Ep. Cum meum factum cum tuo comparo. Pro Fon. Nemo Gallus cum ciue Romano comparandus est. Tusc. Gesta Romanorum nulla cum gente sunt conferenda. Or. Conferre pugnantia, & comparare contraria. Tusc. Nemo est qui factis me equiparare queat.

Ghelijckenisse.

Comparaison.

Collatio, comparatio, contentio, similitudo. Off. Si contentio quadam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sunt patria & parentes. De In. Collatio est oratio rem cum re ex similitudine conferens.

Ghelijckelijck.

Iustement, egalement.

Aqualiter, equè, equabiliter, equa parte, equa cõditione, vno tenore, constanter. Pro Mil. Clodius aqualiter in alienos & in suos irruebat. Ep. Id utrique nostram equè gratum est. Pro Dom. Pompeius equè, ut unusquisque vestrum, pro salute mea laborauit. D. N. Hi coluntur equè atque illi. Pro S. R. Hoc equè turpe est atque illud. I. V. Nihil equè cupio atque bonam famam. Item: Frumentum quod ciuitatibus aqualiter esset distributum. Pro Flac. Communis hereditas que aqualiter ad utrumque lege veniebat.

Gheloouen.

Croire.

Fidem habere, fidem abhibere, credere, fidem tribuere, auctoritatem tribuere, auctoritatem & fidem adiungere. De Cla. Audini equidem ista de maioribus natu; sed nunquam sum adductus ut crederem.

Gheloften.

Promesses.

Promissa, pacta & promissa, receptum, fides. Off. Non standum est promissis que quis coactus metu fecerit. Item: Facera promiss-

promissum alicui. Et: Efficere promissum & cōuentum alicui. Seruare promissa. Off. Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quae sunt uis ipsis inutilia, quibus illa promiseris.

Sheloften boldoen. Accomplir sa promesse.

Seruare promissa, stare promissis, facere promissum, efficere promissum & conuentum, soluere promissa militibus, fidem suam liberare.

Shelooue niet houden. Faulser la foy.

Fallere fidem, fidem frangere, fidem negligere, frangere fœdus. fidem aliquē cœpisse deficere, violare fidem. Pro Quinct. Perfidiosum & nefarium est, fidem frangere. Pro S. R. Qui fidem violat, oppugnat omnium commune praesidium.

Shelt/goedt. Argent.

Pecunia, fortuna, nummi. De Or. Breui ad maximas pecunias venturus es. Pro S. R. Pecunia fortunaque Sex. Roscy.

Shelt/goedt vergaederen. Amasser argent.

Accumulare aurum, construere, coacernare, rem augere, augere & amplificare res, cogere pecuniam. Contra Rul. Auger, addit, accumulauit aurum ex prada.

Shelde-loos. Sans argent.

Inops, pauper, nudus. De Cla. Non erat abundans, non inops tamen. I. V. Ararium inops & exhaustum.

Shelubt. Chastre.

Eunuchus. Or. Eunuchi è Syria Egyptoque. De Or. Nolo morte dici Africani castratam esse Rempublicam.

Sheluck hoor de handt: Het gaet wel.

L'heur & vent comme ie desirois. A mon gré.

Feliciter prospereque euenit, fauste euenit, ex sententia, ex animi sententia. Pro Mur. Idem ego precatus sum, ut ea res fauste, feliciter, prospereque eueniret.

Sheluckigh. Heureux.

Felix, fortunatus, beatus, florens, cui bene est. De D. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, felix, fortuna-

fortunatumque esset, praefabantur. Pro Mil. Valeant, inquit, ciues mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati.

Heluckigh zyn.

Estre heureux.

Prospero fortuna flatu uti, prosperos exitus consequi, secundis rebus effrenatum esse, fortunatum esse, felicem esse, secundissime alicui accidere, ad voluntatem alicuius fluere omnia. Off. Cum prospero flatu fortuna utimur. At. Ego enim non iam id ago, ut prosperos exitus consequar. I. V. Circumfluere & abundare omnibus rebus.

Heluckelijck.

Heureusement.

Feliciter, prosperè, fortunatè, faustè. Ep. Omnia ut spero prosperè procedent.

Gheluyt/gherucht.

Bruit, son esclattant.

Sonitus, sonus, vox, strepitus, crepitus, fremitus, clamor. De Or. Verborum sonitus inanis. Top. Pedum crepitus, & strepitus hominum. De Cla. Strepitus fori. Ep. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum. At. Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse.

Ghemelijck mensch.

Homme facheux.

Morosus, difficilis, inhumanus, importunus, stomachosus, submorosus, iracundus. Or. Vsq̄e eò difficiles & morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. De Sen. At sunt morosi, anxij, iracundi & difficiles senes. Quint. Fr. In defendendo, moroso homini cumulatissime satisfacimus.

Ghemeyn.

Commun, vniuersè.

Vulgaris, popularis, quotidianus, peruagatus, tritus sermone, peruulgatus, contritum vetustate proverbia, tritum vetustate proverbium. De Or. Oratio ad vulgarem popularemque sensum accommodata.

Ghemeynljck/ int ghemeyn.

Communement, par tout.

Passim, vulgò. At. Vulgò opinio hominum socium me adscribit tuis laudibus. Pro S. R. Homines vulgò impune occiduntur.

duntur. Pro Syl. Illas fabulas describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim, & peruulgari, atque edi populo, imperari.

Ghemepn seghs woort.

Prouerbe.

Prouerbum. Off. Ex quo illud, *Summum ius, summa iniuria*, factum est iam tritum sermone prouerbum. Tusc. Illud ita peruulgatum est, ut iam prouerby locum obtineat.

Ghenaem.

Aggreable.

Gratus, suavis, gratiosus, incundus, acceptus. Tusc. Quod approbaris, id gratum acceptumque habendum. In Ver. Odor suavis & incundus.

Ghenepghe.

Enclin.

Proclivis, propensus, facilis. Part. Adolescentia procliuor est ad libidinem. Tusc. Ut alius ad alium morbum propensior est, sic alius ad alia vitia procliuor.

Ghenepghe tot dyinken / gulper. Enclin à boire, yurongne.

Ebriosus. De fato: *Stilponem ferunt & ebriosum & mulierosum fuisse.* Acad. *Vtimur exemplis furiosorum, ebriosorum, &c.*

Ghenepghe tot oncupthepdt.

Enclin à paillardise, impudicque.

Libidinosus, mulierosus, libidinosus & intemperans, luxuriosus, asotus, Venerius. De Sen. *Intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.*

Ghenoech doen.

Consentir, satisfaire.

Cumulatè satisfacere, cumulatissimè satisfacere, plenè, maiore mensura, perliberaliter. At. Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum non modò perliberaliter à vobis, sed etiam ornate cumulateque tractari.

Gherceetschap maerken tot de ozloghe.

S'appareiller pour la guerre.

Bellum apparare, bellum instruere. Pro Pompeio: *Pompeius extrema hieme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media estate confecit.* Item: *Mitridatis copia omnibus rebus ornata*

E 5

atque

atque instructe. Pro Cacin. *Multitudinem hominum cogere, armare, instruere.*

Gherustelÿck sonder sorghe leuen. Viure en repos.

Tranquille, placide, & lenner traducere vitam, bene beate-que viuere.

Ghesanck / schoon ghelupt. Resonnance, accord.

Symphonia, harmonia, concentus, canere harmoniam vel harmonia. I. U. *Cum in eis conuuiis symphonia caneret, maximisque populis ministraretur.*

Gheschickt zÿn / wel connen leuen.

S'accommoder à tout.

Seruire tempori, obedire tempori, honori seruire, seruire laudi suae, peritum esse, scientem esse, intelligentem esse, multarum rerum bene peritum esse, vsu peritum esse. At. *Seruire tempori cum sit necesse.*

Ghesellen. Compaignons, alliez.

Sodales, socij, contubernales, collegæ. Ep. *Ego qui & sodalis & familiarissimus Dolabella eram. De Cla. Eloquentia pacis est comes, otii que socia. Pro Syl. calamitatis cuiuspiam socius atque comes. Pro S. R. Qui socium fallit, in virorum bonorum numero non est habendus.*

Gheselschap. Compaignie.

Sodalitas, societas, contubernium, coniunctio, communitas, consociatio. Off. *Vt societas hominum coniunctioque seruetur. Item: Hominum communitas & societas inter ipsos. f. C. Latrones scelerum foedere inter se, ac nefaria societate coniuncti. Pro Plan. Honestas societas. Item: Necessitudo contubernij.*

Gheselschap hebben / verkeeren.

Auoir compaignie.

Viure cum aliquo familiariter, familiarissime atque amicissime cum aliquo viuere, multum aliquo uti, familiarissime uti, uti valde familiariter. Ep. *Trebonio multos annos vter valde familiariter.*

Ghesellen

Ghesetten dach / tijdt. Jour estably, ou ordonné.

Constituta dies, tempus constitutum, dicta dies, statuta dies.
Pro Cecin Ad constitutam diem, tempusque venit. Pro Dom.
Cui dies dicta non est. I. V. Dicere diem operi faciundo. Qu.
Fr. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret.

Gheslacht oft afcomste. Lignée.

Familia, genus, cognatio, stirps, locus, progenies, gens, agna-
tio, nomen. Pro Cecin. Vnus homo familia non est. Pro Clu. Fa-
milias, cognatio, nomen. Pro Mur. Vetus & illustris familia.
Item: Sunt ampla & honesta familia plebea.

Ghesont. Sain.

Sanus, firmus, valens, validus, cui valetudo est, qui firmo
corpore est, qui incorrupta sanitate est, integer. I. A. Quasi
medicus ille te sanum fecisset. Off. Si quis medicamentum cui-
piam dederit ad aquam intercutem, & eo medicamento sanus
factus fuerit. Ep. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leuca-
dem deportares.

Ghesont worden / ghenesen. Recouurer santé.

Conualescere, sanari, valentiolem fieri, ex morbo enadere, è
gravi morbo recreari, consanescere. De Fat. Si fatum tibi est
ex hoc morbo conualescere, sine medicum adhibueris, sine non,
conualesces. D. N. Ne agri quidem omnes conualescunt. Ep.
Ille in morbum incidit ex quo non conualuit. Item: Certum scio
iam conualuisse eam. I. P. Is gravi morbo affligitur, neque se
recreare potest.

Ghesont maecten / ghenesen.

Remettre en santé, guarir.

Sanare, mederi, curare, ad salutem reducere, sanum facere,
salutem dare, reddere, vel restituere, morbum depellere. De D.
Eius autem radícula vim esse tantam, ut Ptolemaum facile
sanaret. Et: Qua radícula inuenta, Ptolemaus sanatus dici-
tur. I. V. Cum morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis,
& natura corporis cognoscenda est. De Fin. Sanare vulnera.

Ghesont /

Ghesonde / weluarende 3ijn.

Estre sain & en bon point.

Firmo esse corpore, rectè valere, bellè habere, confirmata esse valetudine, rectè fungi muneribus corporis, esse integra valetudine, corpore valere, optimè valere, rectè alicui esse. Att. Littere, quibus erat scriptum, Lentulo melius esse. Ep. Meliusculè mihi est. Item: Nos hïc valemus rectè, & quo melius valeamus, operã dabimus. Att. Credo te iã ut volumus valere.

Ghestoquen / Vide Doodt.

Ghist / hessen. Lie, bouë de quelque chose.

Fex, sentina, sordes, eluies. Q. Fr. Perditissima atque infima fex populi. At. Apud sordem urbis & fecem. Sed hac per translationem dicta sunt.

Gherrou. Seur, loyal.

Fidelis, fide praditus, qui fidem suam præstat, fidus. Pro Mil. Appius homo mihi coniunctus fidelissima gratia. De Am. Amicitia fidelis. Pro Cæl. Firmus & fidelis amicus. Contra Rul. Fidele consilium deliberanti dare. Pro Clu. Minus fidele consilium alicui dare. Q. Fr. Græcorum familiaritates parum fideles sunt. De Am. Intellexit quos fidos amicos habuisset, quosque infidos. De N. Canum tam fida custodia.

Gheualten / gheschieden. Aduenir.

Vsuuenire, venire usu, usu accidere, usu euenire, obuenire, cadere, fieri, obtingere, accidere, aduenire. De N. Quod in illo mihi sæpè vsuuenit, idem modò cum te audirem, acciderat, ut, & c. Ep. Timebam ne euenirent ea, que acciderunt. De D. Nihil fieri, nihil accidere, nihil euenire potest, nisi quod, & c. At. Quod veritus sum, factum est. Ep. Nihil tam præter opinionem meam accidere potuit. I. A. Si quid mihi humanitus accidisset.

Gheuanghen / inden kercker ghelet.

Prisonner, mis en prison.

Captiuus, coniectus in carcerem, traditus custodia, datus in custo-

custodiam, contrusus in carcerem, conditus in carcerem, ductus in carcerem, in vinculis esse, missus in carcerem, coniectus in carcerem. Qu. Fr. Is hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. Pro R. P. Pertuli custodiam, vidi in vinculis familiares meos, mors ob oculos saepe versata est. Dicitur: Dare aliquem in custodiam, includi in custodias, contrudi in carcerem, condi in carcerem, duci in carcerem, emitti e carcere. Ad Her. Redimere captiuos ab hostibus. Corpora vinculis constricta.

Sheuanckenisse. Prison.

Custodia, carcer, custodia, vincula. I. V. Cum hoc de pecunia clamaret, in vincula coniectus est. I. C. Carcer vindex nefariorum scelerum.

Sheuen. Donner.

Dare, impartiri, largire, deferre, numerare, soluere, donare, munere afficere, munus dare, munus afferre, donum afferre, muneribus amplissimis ornare. Pro S. R. Commoda quibus utimur, a Deo nobis dari atque impartiri videmus.

Sheueynst/dobbel. Feinct, desguise.

Fucatus, fucosus, fallax, eruditus artificio simulationis, simulatus. Pro Plan. Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. De Am. Simulatus, fucatus. Contraria: Sincerus, verus.

Shelwin. Gain, proufit.

Lucrum, questus, compendium, commodum, merces. J. V. Facere lucrum ex vectigalibus publicis. Ep. De lucro viuere.

Sheeuwen/reken. Bailler.

Oscitari. De Cla. Oscitans iudex. Ad Her. Cum etiam maiores calamitates impendere videantur, sedetis & oscitami.

Shewoonte zyn. Acoustumé.

Suscepit consuetudo, vetus consuetudo est, in communi & vulgari hominum consuetudine esse, mos est, moris est, in patris moribus est, in more positum est, institutoque maiorum, Aristote-

Aristotelicum morem habet, Aristotelico more agere. De In. Vetus consuetudo natura vim obtinet. Off. Qua more aguntur institutisque civilibus. Pro Mur. More institutoque maiorum. Pro Clu. Non mos consuetudoque seruata.

Shewoonte. Coustume, accoultumance, maniere.

Mos, consuetudo. De Fin. Consuetudo quasi aliera natura.

Chichte / Vide Flerrijn.

Chierigh. Auaricieux, conuoiteux.

Auarus, sui nimium tenax, auidus, tenax, parcus, restrictus, omnia in pecunia ponens. De Oratore: Cornelius homo, ut existimabatur, auarus & furax.

Chterighepdt. Auarice, conuoitise.

Auaritia, sordes, cupiditas, auiditas pecunia, infinitarum omnium cupiditas. Off. Nullum vitium est tetrius, quam auaritia, praesertim in principibus. & Rempub. gerentibus. De Or. Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries. Pro Quinct. Nullum est officium tam sanctum atque solemne, quod non auaritia comminere atque violare soleat.

Chp wetet wel.

Vous le scauez bien.

Exploratum est tibi, habes exploratum, compertum est tibi. De M. Quid quaque de re certi habeas, scire cupio. Ep. Cum certum sciam, faciam te paullo ante certiore. Att. Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. Item: De Orobio opinor, scd certum nescio. Sall. in C. Denique de eo tibi compertum erat. Ep. De quo mihi exploratum est. Postquam: Cum mihi esset exploratissimum.

Gulfighepdt. Gloutonnie, gourmandise.

Gula, abdomen, crapula. At. O gulam insulsam! Pro Sest. Manebat insaturabile abdomen, copia deficiebat. I. P. Ille gurges natus abdomini suo, non laudi atque gloriae. I. A. Edormi crapulam & exhala. I. V. Qui nondum conuinij crapulam exhalassent. I. C. Vino languidus, confectus cibo.

Gulfigh.

Gulfigh. Glout, gourmand.

Immensa vorago ac gurgēs, gurgēs & helluo. Charybdis, gurgēs & vorago patrimonij.

Gunfigh zyn / gunnen.

Porter faueur à quelq' vn, fauorifer.

Fauere, alicui studere, alicuius caussa velle, velle omnia caussa alicuius. Sic: Omnia illi malo quam mihi. Cupere omnia caussa alicuius, alicui maxime cupere, honestissime alicui cupere. I. A. Ego fauisse me tibi fateor.

Gunste. Faueur.

Fauor, gratia, studiū. Pro Quinct. Quam expectationem, quod studium, quem fauorem, secum in scenam attulit Panurgus. Item: Aura popularis, iactatio popularis, delinitio multitudinis.

Godt danken. Rendre graces à Dieu.

Gratias vel grates agere Deo. De Som. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol.

Godt tot ghetuyghe nemen.

Prendre Dieu en tesmoing.

Deum testari, Deum testem vocare. Pro Syl. Deos testor, integro me animo ac libero P. Sylle caussam defendere. Antequam: Testor Deos Deasque omnes immortales, vestrasque maxime mentes, me, &c.

Goedt. Bon.

Bonus, probus, spectatus, integer, frugi, religiosus, castus, purus, bene institutus, moratus, prudens. Ep. Bonus plane vir.

Goeden dach. Bon iour.

Salue.

Goedertieren / goederhande.

Doux, gracieux, humain.

Lenis, mansuetus, mitis, exorabilis, facilis, clemens, placidus. Ep. Lenis à te & facilis existimari debeo.

Goeden

Goeden eerlijcken naem / faem.

Bonne & honnette renommée.

Bona fama, existimatio, celebritas fama, gloria. De Or. Bona existimatio diuitiis praestat. Ep. Violare existimationem alicuius. Item: Nihil feci sciens, quod sit contra aut rem, aut existimationem tuam. Pro Fla. Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione, sine censu. Ad Her. Perdere existimationem.

Goedt verstandt / memozie hebben.

Avoir bon entendement, & souuenance.

Summam in aliquo esse vim ingenij, habere multum ingenij, magnum esse alicuius ingenium, adolescens illustri ingenio & industria, excellenti ingenio esse, acri esse ingenio, vir acerrimo ingenio, ingenia acuta, eximium ingenium, praestare ingenio, ingeniosus, acutus, solers. Contraria sunt: Hebes, tardus. Tusc. Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiozem esse non moleste feram. Pro Quinct. R. Quo quisque ingeniosior & solertior, hoc docet iracundius & laboriosus. Off. Vir excellenti ingenij magnitudine.

Goedt confilkeren.

Confisquet.

Publicare, publicum facere, praconi publico subiicere. Pro Sest. Ut rex cum bonis omnibus publicaretur. Pro Dom. Qui Ptolemaum regem Cypri, causa incognita publicasset. I. C. Bona praeterea publicari iubet. At. Publicata bona. De In. Lex, si qua rostrata nauis in portu deprehensa sit, publicetur.

Goedt nemen.

Prendre biens.

Expellere atque euicere è pradio, inuadere in pecunias alterius nullo iure, in fortunas alterius inuadere, vi euicere possessione, possessione pellere, deturbare certa possessione, de possessione depellere. Contra Rul. Expelli atque exturbari ex agris.

Goede chier maecten.

Faire grande chere.

Comessari, luxuriosè viuere, delicatè & molliter viuere, corpori deservire. De L. Epicurei sibi indulgentes, & corporibus deservientes.

Goedt

Goedt zyn/ als teghen wonden.

Estre utile & profitable pour playes ou autres douleurs.

Hoc unum huic malo remedium est. Hoc remedium est ad tolerandum dolorem, salutare est remediū, praesens auxilium, praesentes habere vires. Pro Clu. Querere remediū ad aliquā rem. Oct. Nulla remedia quae vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quae sunt salutaria. I. V. Hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitror. Pro Clu. Is acrioribus remediis, saluti suae subueniendum putavit. Item: Querere remedium ad aliquam rem.

Gordel/ riem.

Ceinture.

Cingulum. De Som. Cernis terram quasi quibusdam redimitam cingulis.

Goten/ watergoten. Canal ou conduits à eaue.

Aqueductus, tubus, euripus. At. De aqueductu probe fecisti. Off. Adde ductus aquarum. Pro Cec. Aqueductus, huius, iter, actus. De L. Ductus verò aquarum, quos isti tubos & euripos vocant, quis non irriserit?

Goudtsmit.

Orfeure.

Aurifex. I. V. Cum vellet sibi anulum facere, aurificem iussit vocari.

Gräf.

Tombeau, sepulcre.

Tumulus, sepulcrum, bustum, monumentum. Pro Arch. Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus.

Grieken.

Gregeois.

Graci, Gray. De Ar. Graci artibus, Hispani numero, Gal- li robore, Pœni calliditate valent.

Griffie. Touche, de quoy on escrit sur tablettes.

Stylus. Or. Stylus optimus dicendi effector & magister. De Cla. Orationes Attico stylo scriptae.

Gynsen / grimmen. Grinser les dens.

Fremere, frendere. Dr Or. Fremant omnes licet, dicā quod sentio. At. Arius Consulatum sibi ereptum fremit,

F

Grof/

Grof/onbescneden. Lourd, rustique.

Rudis, imperitus, impolitus, pinguis, stupidus, agrestis, rusticus, barbarus. Pro Flac. Homines imperiti, rerum omnium rudes ignarique.

Groen. Verd.

Viridis. De L. In viridi & opaca ripa inambulare.

Groot. Grand.

Ingens, magnus, immanis, immensus, insanus. I. V. Ingentes diuitia. De Pro. Achai ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis.

Groote begheerte hebben/verlanghen hebben.

Conuoyter ardemment, brusler de desir.

Desiderare, desiderio teneri, magno desiderio teneri, miro desiderio teneri urbis, esse in desiderio ciuitatis, laborare ex desiderio, desiderio affici, aestuare desiderio alicuius, cupidè appetere, cupidè agere, cupere, studio ardere, cupiditate teneri, cupiditate alicuius rei flagrare vel inflammatum esse, sitire, auiditate teneri. Acad. Ardere studio veri reperiendi. Q. Fr. Nec honores sitio, nec desidero gloriam.

Groot achten/achten. Fort priser, estimer.

Magni aestimare, in summis bonis ponere, magni putare, plurimi facere, graue & sanctū esse. De Fin. Cū voluptatem in summis bonis ponerent. Item: Magni aestimabat pecuniam.

Groot maecten/ oft verheffen. Exalter, esleuer.

Augere aliquem diuitiis, & locupletare fortunis, augere scientia, augere honore, augere & honestare aliquē, honore ornare, dignitate augere, ornare aliquem veris & diuinis laudibus, ornare aliquem insignibus gloria. Rebus amplissimis atque honorificentissimis ornare, ornare aliquem beneficiis omnibus, singularibus studiis ornare aliquem.

Grooten oft goeden naem crijghen.

Acquerit grand nom, honneur, renommée.

Insignibus gloria ornari, ex doctrina nobilem & clarum esse,

esse, gloria clarum, & auctoritate grauem fieri, laude affici, ornari summis laudibus, diuinis ornare laudibus, illustri laude celebrari, omni laude cumulatam esse, esse in laude. De Cla. Latine loqui, est in magna laude ponendum.

Grooten arbejdt doen/alle neerstighejdt doen.

Faire grande diligence.

Magnis se frangere laboribus, cōficere vitæ cursum in labore corporis & animi contentione, suscipere laborem infinitum, sustinere magnum laborem, multo sudore & labore facere aliquid, insumere magnum laborem in aliqua re, cōsumere multum operæ ac laboris in aliqua re, impendere laborem, excipere magnos labores, exantlare labores, plurimum valere diligentia, magna cum cura & diligentia aliquid facere, diligentissimum & studiosissimum esse, industrium esse. De Opt. Suscepi laborem vtilem studiosis, mihi ipsi non necessarium.

Groot gaen/ swangher gaen.

Estre grosse d'enfant.

Gravidam esse, pregnantem esse. I.V. Latona gravida, & iam ad pariendum vicina.

Groot profijt ieuers af crijghen.

Auoit grand proufit de quelque chose.

Percipere fructus, capere fructus ex aliqua re, ferre fructum ex aliquo. Uberrimos fructus percipere, utilitatis fructum capere, capere usum ex aliqua re. I.P. Gloria est fructus virtutis.

Grooten moedt.

Grand courage.

Animus magnus ac fortis, animo maximo esse, animo erecto esse, animus amplus & excelsus, animus firmus & magnus, acer, praesens, altus. Tusc. Altissimus animus.

Groot ende stout sejt.

Grand & hardi fait.

Insigne factum, pulcerrimum facinus, facinus praclarissimum, pulcerrimum factum, praclarum atque diuinum factum,

illustre atque gloriosum factum. I. A. Statimque illa mirabilia facinora effecit. Sic dicimus, facere magnum facinus, committere facinus.

Groote/ware/ treffelijcke saecke.

Chose grande, chose de consequence.

Res seria, res graues, res permagni momenti, res maximi momenti & ponderis. Off. Si de rebus serijs loquatur, seueritatem adhibeat? si de iocosis, leporem.

Grooten haet/nijdt/eeuwige hee.

Grande diffension, haine.

Acerbū odium, magnū in aliquem odiū, infinitum odium, odium penitus insitū, odium immane & crudele, odium diuturnum, inueteratū, summū odium, capitale odium. Pro Cal. Magnum odium video cum crudelissimo dissidio extitisse.

Groot vziendt.

Grand amy.

Amicus maxima amoris conspiratione consentiens, amicissimus & coniunctissimus, necessarius, amicus pernecessarius, officis, usu, consuetudine coniunctissimus. At. Mihi nemo est amicior, nec incundior, nec carior Attico.

Groepen.

Fleurir, estre en fleur.

Vigere, viriditatem habere, florere. De. N. Stirpes arte natura vigent.

Groeten.

Saluer.

Salutare, salutem dicere, salutem nuntiare. At. Domus tu tota nostra salutatur. I. A. Salutare benignè, comiter appellare unumquemque. De Vn. Cratippus Epbesum venit, mei salutandi & visendi causa.

Haesten/haestelijck gaen.

Haster, s'auancer, se haster d'aller.

Festinare, properare, approperare, accelerare, celeritate uti, maturare. Ep. Atque inde ventis remisque in patriam omni festinatione properaui.

Haeste

Haestelijck.

Haſtiuement.

Raptim, curſim. Hac ſcripſi raptim, ſucceſſiuis operis (vz aiunt.) De Fin. Nimiũm feſtinanter facere aliquid.

Hapz/crans.

Cheueux, perrucque.

Coma, capillus. Pro S. R. Capillus compoſitus, & delibutus. Pro Seſt. Capillus horridus. Item: Conſul vnguentis afſuens, calamiftrata coma.

Hapz cozten/ oft ſcheren.

Rongner les cheueux.

Tondere capillum, vel barbam, demere brabam. Tuſc. Dionyſius ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Item: Regia virgines vt tonſtricula tondebant barbam, & capillum patris.

Hapz laten waffen/ lanck draghen.

Laiſſer croiſtre les cheueux.

Capillatiorem eſſe, barba maiore eſſe. Contra Rul. Adoleſcens non minũs benè nummatus, quàm benè capillatus. Item: Aliquis corpore inculto atque horrido, capillatior quàm antiè barbaque maiore. Capillatus.

Haghe/hegghen.

Haye, buiſſon.

Dumeta. Tuſc. Septum undique & veſtitum vepribus & dumetis.

Halbardiers. Sergeantz, Hallebardiers, Huiſſiers.

Stipatores, apparitores, ſatellites, ſtipatores corporis, miniſtri. Pro Dom. Sergius armiger Catilina, ſtipator tui corporis.

Hall-bandt.

Collier, ou carquan au col.

Monile, torques, torquis. De Fin. Manlius qui Gallo torque detracto, cognomen inuenit.

Handelen/ een ſaek tracteren.

Traicter quelque cauſe.

Transfigere atq; decidere cũ aliquo, decidere de omnibus rebus rationibusque. At. Amabo te, cura vt cũ Ticinio trãſigas.

F 3

Handttees

Handt-reecken / handt-schryft.

Cedule, obligation.

Syngrapha, chirographum. Per syngrapham alicui credere. De Arusp. Vnde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. Ep. Credidi chirographis eius & affirmationi presentis Laterensis.

Hanghen / opknoopen. Pendre.

In crucem tollere, in crucem agere, cruce afficere, cruce suffigere. I. U. Verres ciues Romanos in crucem sustulit. At. In crucem tolli. Pro Cl. Strato in crucem actus est, exacta lingua. I. P. Si te cruce suffixum viderem. I. V. Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes. Marcellorum fuit.

Hardt baer / sterck.

Fort, qu'on ne peut lasser.

Robustus, lacertosus, multum virium habens, maximis corporis viribus, nervosus, robusta & stabili fortitudine. Contra Rul. Robustus & valens & audax satelles.

Hardt / weedt. Dur, cruel.

Durus, asper, agrestis, horridus, incultus, durus homo, vel potius vix homo. Durus oratione & moribus, ingenio agresti & duro, durus prater equum & bonum. Off. Durus homo, vel potius vix homo.

Hardighepdt. Dureté.

Durities, duritia, duritas, acerbitas, seueritas. De Sen. Quanta in altero duritas, in altero comitas.

Hardneckigh / postacheigh / verhardt.

Opiniastre, obstiné, esceruelé.

Pertinax, obstinatus, praefractus, praefractior, nec satis (ut ita dicam) rotundus. Off. Sermo lenis, minimeque pertinax.

Hardt woïden. Endurcir.

Concreescere, durescere, obdurescere, callum obducere. De N. Aqua nec conglaciaret frigoribus, neq; niue pruinaque concresceret.

Dauene.

Hauene. Haure, ou port de mer.

Portus, nauale, statio. Pro Mur. In portum ex alto inuehi, & portu soluere.

Heller oft inde helle. Enfer.

Apud inferos, ad inferos pœnas luere. Tusc. Triceps apud inferos Cerberus. I. V. Excitare aliquem ab inferis.

Helsehe Gode. Le Dieu d'enfer.

Pluto, Plutonis. Dis pater, orcus. Dis, apud Græcos Πλούτων. De N.

Helpen/ bpslaen. Ayder, secourir.

Adesse, opem auxiliumque ferre, opulari, auxilio esse, auxilio succurrere, subsidio ire vel venire, præsto esse, subuenire, auxilium ferre, subuenare. Ad Her. Nihil Numantinis vires corporis auxiliata sunt.

Heerlyck/ groot. Grand, magnifique.

Magnificus, lautus, splendidus, summo splendore præditus, regius, regalis, amplus. Pro Clu. Honesti homines & summo splendore præditi.

Heerschappijē / ghetweldigheyt.

Seigneurie, maistrise, domination.

Dominatio, dominatus, tyrannis, imperium, principatus, ditio. Pro Dom. L. Brutus populum Romanum dominatu regno liberauit.

Heerschappijē hebben/ regneren.

Auoir seigneurie, dominer.

Tenere aliquem in sua potestate & ditione, imperare, leges alicui imponere, præscribere. Tusc. Vt alter imperet, alter pareat. Pro Pom. Omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. Dominari, rerum potiri, regnare, dominatum tenere, dominatu tenere, dominatu premere, imperium in aliquos tenere, prouinciam cum imperio obtinere, præesse prouinciis. De L. Qui benè imperat, paruerit aliquando necesse est.

Heerschappijse gheuen. Donner seigneurie.

Dare alicui imperium, reddere imperium, decernere imperium. I. A. Dare imperium alicui extraordinarium vel extraordinem. Item: Demus imperium Casari, sine quo res militaris administrari non potest.

Hemel.

Le ciel.

Calum, altissimum domicilium. De Diu. Cuius cali aspiratio gravis ac pestilens est. At. Cali grauitas. De D. Summanus de celo ictus. Qu. Fr. E calo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum.

Heer/ heercracht. Armée, assemblée de gendarmes.

Exercitus, agmen, manus. At. Caesar paucis diebus exercitum fecit. Pro Mur. Maximus & fortissimus exercitus. I. A. Conscribere & comparare exercitum. De Pro. Dimittere exercitum. Pro Mur. Ducere exercitum, id est, ducē esse. Item: Exercitus instructus. Item: Mithridates ab inuicta Cn. Pompeij manu, montium altitudine defenditur. Copia. Ep. Magnasque Roma Pansa copias ex delectu Italia comparat.

Herberghe.

Hostellerie.

Diuerforium, hospitium, diuerforiolum. De Or. Non nimium liberale hospitium dices. Nam te statim extrudam & euiciam. De Sen. Ex vita ista discedo, tamquam ex hospitio, non tamquam ex domo. Pro S. R. Officina nequitia, diuerforium flagitiorum omnium.

Herbergier/ weert.

Tauernier.

Caupo, onis. Copo. De D. Cum duo quidam Arcades iter unū facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hospitem. Pro Clu. Binnius quidam copo multorum hospitum de via Latina, qui sibi ab huius seruis, in sua taberna, manus allatas esse dixit.

Herberghe houden.

Tenir tauerne.

Cauponari. Off. Non cauponantes bellum, sed belligerantes, ex Ennio.

Herber

Herberghen/ontfanghen/ Vide Onthaelen.

Herpe. Harpe.

Cithara. *Ad Heren. Citharam tenens exornatissimam auro & ebore distinctam.*

Opde herpe spelen. Jouer sur la harpe.

Canere cithara. *Sic dicimus, canere præclare fidibus. Item, canere absurdè.*

Het behaeght/het beliest my. Il me plaist, il m'aggrée.

Placet, placitum est, sedet, videtur, cordi est, arridet, incundum mihi est. At. Meum mihi placebat, illi suum. Ep. Itaque postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. Ad Heren. Ita nobis placitum est, ut scriberemus. Pro S. R. Si diis immortalibus placet. De D. Ut doctissimis sapientissimisque placuit. Ep. Videbis quid Lysoni, quid medico placeat. At hoc mihi in te placuit.

Het en behaeght/ beliest my niet.

Il me deplaist, il ne m'aggrée.

Non probatur mihi, non placet, displicet, improbo. De Fin. Minimè verò probatur huic disciplina, amicitiam propter vilitates adscisci, aut probari. At. Mihi quæ adhuc acta sunt, displicent, Item: Vereor ne tibi mea consilia displiceant. Item: Inhibere illud tuum, quod mihi valde arriserat, vehementer displicet.

Het betaemt/behoort.

Il faut, il est bien conuenant.

Decet, conuenit, decorum est, dignum est, par est, aptum est, æquum est, æquum & par est. Or. Ut in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quàm quod deceat, videre.

Het gaet v aen. C'est à faire à toy.

Tua istuc refert maximè. Ex Plauto. Ad At. Interest. Ep. Multum interest rei familiaris tuæ, te quàm primùm venire.

Het is beschreuen. Il est escrit.

Mandatum est litteris, custoditum est litteris, manda-

F S tum

tum est monumentis, extat litteris, commissum est litteris, prodere memoriam alicuius rei posteris, memoria sic proditum est, memoriae proditum est, proditum est memoria ac litteris, scriptores prodiderunt, ad memoriam posteritatis proditum est. Monumenta certa in litteris extant, monumentis commendatum est, monumentis & litteris mandatum est, perscriptum in monumentis veteribus, monumentis traditum.

Het is my vergheten.

Je l'ay oublé.

Me fugit, mihi excidit, ex animo meo excidit, ex animo effluxit, obliuio me cepit, ex animo amisi, ex memoria deposui, memoriam illius rei amisi, in obliuionem veni, obliuione perpetua deleni, ex animo meo discessit illius rei memoria, è memoria elapsum est, memoria dilapsum est, solita effluxit mens, sum in memor illius, non habeo recordationem illius.

Het is groote schande. C'est vne grande honte.

Dedecori est. Ad Heren. Aliquem suis macula & dedecori esse.

Het moet zyn/het is van noode.

Il faut qu'il soit, il est nécessaire.

Necesse est, necessum est, necessarium est, necessitas est, oportet, nõ potest abesse, quin, &c. necessitas cogit, necessitate astringi, necessitate premi. I. A. Tantum vini eo die exhauseras, ut necesse esset vomere postridie.

Het en schilt niet heel.

Il n'y a gueres de difference.

Non multum differt, nihil aut non multum differt, non multum inter se distant, non distant.

Het schilt veel.

Il s'en fault beaucoup.

Multum inter se distant, plurimum distat, multum differt, hec inter se pugnat. Off. Malitia que vult videri se esse prudentiam, sed abest ab ea distat que plurimum.

Het

Het is afgebracht / te niet ghedaen.

Il est aboly, il n'est plus en vſage.

Antiquatum est, abrogatum est, derogatum est, aliquid de lege derogatum est. Off. Philippus legem agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est.

Het is de maniere / de ghewonte.

C'est la maniere, c'est la coustume.

Hic est mos patrius, mos est hominum, mos est, fieri solet, mos est ita faciendi. In patrius est moribus, est hoc in more positum institutoque maiorum, more institutoque, mos antiquus manet, more maiorum fit, suscepit consuetudo, vetus consuetudo obtinet, sic est consuetudo. De Cla. Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. I. V. Cum omnes, ut mos est, ut fieri solet, concurrerent. Acad. Ut mos amicorum est. Off. Quae more aguntur institutisque civilibus. Pro Clu. Non mos consuetudoque seruata. De In. Vetus consuetudo naturae vim obtinet. Tusc. Quem morem cum Carneades tenuisset, fecimus, ut ad eam consuetudinem disputaremus. Pro Rab. Non est mea consuetudinis, &c.

Het is den ghemeynen roep / spraeck / segghe.

Il est tout diuulgé, le bruit est par tout.

